



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei  
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1617**

Concio Decima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](#)

homines inclinarit, & in omnem omnino patet  
conuerterit: *Misericordia motus est*: Qui ergo de Iesu  
Christo desperat, neque ipsum, neq; eius bonitatem  
satis perspectam habet. Amen.

## CONCIO DECIMA.

**Grecia.** Thema. Καὶ τὸ πλεῖστον.

**Vulgata.** Et misericordia motus est.

**Syriaca.** Et misericordia eius est.

Facta breui repetitione Concionis preceden-  
tis, ut mos meus est, talis fuit  
propositio.

**Dicimus** I. *Quod Iesus Christus eam misericordiam quod dicit proximo dimittenda esse peccata, vel nobis esse quam commendatissimam.*  
**hodie-** II. *Quod quo sunt creature generosiores, tanto frequentius accidit, mansuetiores sint, sed misericordiam propensiores. Quod natura instinctu omnes ad misericordia cupiditer ducantur.*

I.

**QVOD IESVS CHRISTVS EAM MI-**  
**sericordiam, quæ dicit proximo dimittenda**  
**esse peccata, velit nobis esse quam**  
**commendatissimam.**

**O** Mnibus, ut mea fert opinio, norum est, & pro-  
spicuum (animæ dilectissimæ) misericordiam  
duo importare; aut, ut planius loquar, duas  
esse misericordiæ species, quarum una dicit remi-  
tenda esse, quæ in nos admissa sunt, peccata; altera

proximi miseriæ condolendum esse, eiq; vrgente necessitate succurrendum.

Vtramque impensè exhibuit filio suo prodigo bonus ille paterfamilias. De posteriori sic textus Euangelicus: *Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater, & misericordia motus est, & accurrens, Et. Simulatqne oculos suos in filium suum pannosum, ærumnis & pauperie deformatum cōiecerat clementissimus ille pārēs, commota sunt viscera eius, cor eius misericordia lacinatum est, obuiam illi processit, induit illum, dedit calceamenta in pedes eius, esca potuque refecit. Vt deinceps annuentibus superis, intelligeris luculentius De priori: Oculatus est eum, suam in gratiam recepit, eius patrocinium contra fratrem seniorem tumultuantē & indignātem, quod tam benignè perditionis ille filius à patre exciperetur, suscepit.*

Cæterum hæc præclara misericordiæ huius patris erga filium suum prodigum, & Iesu Christi erga Publicanum; atque erga omnes, qui vera pænitudine ducuntur, exempla; non solum idèo à Christo, aut à nobis proponuntur, vt Dei infinitam agnoscamus bonitatem, & agnoscentes ampliori fiducia in ipsam animemur, sed etiam vt ad eorum persequenda vestigia incitemur. Vnde non abs re me facturum duxi, si horam misericordiæ illi exponendæ, quæ remittenda esse peccata, contra nos commissa suader & cohortatur, impendam: Quippè utilissima est hæc tractatio, & maxime hoc turbulentissimo & tumultuissimo tempore, quo concordia, benevolentia, animorum coniunctio apud Christianos in exilium pulsæ esse viderunt. Tot bellorum tempestates experti sumus, & adhuc experimur; tot lites & rixas, querelas, contentiones, tot duella in dies singulos, non sine magno animi nostri morore, inaudimus, vt vehementer metuamus ne tandem in bella publica, ac extiosa erumpant: vel ad minus ne coniuracionem sanctam, & confederationem contra Turcam Christiani nominis hostem præpediant. Omnibus, ille struit insidias hereticoꝝque, ac catholi-

co; Gallo æquè, ac Burgundo, &c. Quos omnes paulatim, ordinate, & gradatim molitur suo tyranico subjicere imperio.

*Tros Tyriusq; mibi nullo discrimine agetur.*

Hoc dicit in intimis sui cordis visceribus vafemus ille Tyrannus, quamvis aliud exterius ostenteret, quamvis cum Rege aliquo, aut republica foedus ineat, & contractet; quippe hoc in eum finem facit, ut regnum alterius, aut aliam républicam inuadat, opprimat, ac suæ potestatis faciat. Ostendamus igitur vt Christus hanc misericordia speciem nobis commendet; Deinde, vt quo quis est generosior, ad eam sit propensior. Adhæc doceamus, si id tempore angustia permittat, vt is itam supremi Iudicis sibi thesaurizet, qui offendit, proximo remittere abneat, & recusat.

Quod ad primum punctum attinet, quid quod in toto Euangeliū contextu repertur, ad quod sapienter & verbo & facto nos prouocet magister ille cælestis, quam ad hanc misericordia virtutem excellens? *Luc. 6.*  
*Matth. 5.* *Estate misericordes, ait, sicut & pater uester misericors est. Et alio in loco: Benefacite his qui oderunt vos. Immo virtutem hanc præfert sacrificio: misericordiam volo non sacrificium. Quasi dicat, malum peccata iuvos admissa remittatis, quam mihi sacrificium offeratis, qualemcumque illud sit: etiam ipsum augustissimum missæ sacrificium, nimirum si illud ex parte offeratis species, siue offerens sacerdos sit, sive Laicus. Et hoc rationi consonum esse videtur: nam quid aliud in sacrificijs immolatur quam alienum, quam carnes animalium? Et quid aliud hoc est quam ex alieno corporio, vt pro tritissimo celebratur adagiolo, laxa lora excindere? Et in missa sancta quid offerimus quam alienum? quid aliud a nobis offertur quam es ministrum, quam parvum panis & vini in altari ad consecrandū? Et quid ibi patimur? At dum proximo peccata indulgimus, propriā immolamus, & sacrificamus voluntatem, & dum appetitum vindictæ inordinatū coercemus, & præscindimus, torquemus nos ipsos & excruciamus.*

Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Noli pos ea voluptate priuamus, quæ comes solet esse vindictæ. Cor nostrum tanquam in cruce suspensum tenemus, tanquam duabus molis pressum & coactatum; vel certè tanquam sanguine, qui in tanto furore illud circumuallat suffocatum. Sed hoc opus hic labor est. Herculanas vires hoc desiderat. Difficilis quam vnam Montium ciuitatem, aut Ostendam: quam Mediolanense propugnaculum, vel Antuerpiensem expugnare. Difficilis quam Leones & vrsos viribus corporeis superare & expugnare, ut quodam David adhuc pastor parvulus, eos dum arietem de medio gregis tollerent, attestante scriptura sufficiant, contrucidauitque.

Fortior est qui se quam qui fortissima vincit

\* Mania, nec virtus altius ire potest. (non sibi. \* alias e<sup>a</sup>)  
Si animus hominem per pulit, adum est, animo seruabit mnia e<sup>g</sup>  
Sin ipse animum per pulit, dum viuit, viator victorum fortissi-  
lius; ait Comicus.

Pub. Mim. Iracundiam qui vincit, hostem superat maxime.

Idem: Bis vincit, qui se vincit in victoria.

Prou. 16. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.

Patiens, sapiens.

Nobile vincendi genus est ignoscere victo.

Hoc Cicero tanquam omniū Iulij Cœfaris virtutum cōplementum cōmemorat Quippē, mea quidē sententia, maximē heroica est virtus hæc, & in summo virtutū apice constituta, supra quam non datur ultra, quam qui assecutus fuerit, non est quod illud Caroli Quinti: plus ultra, usurpare queat. Quid enim huic virtuti deest? Hæc extreum est potentia. Immò in eā abripior opinione, ut existimem virtutē hanc inter cæteras oēs principem obtinere locum, nec hominem hac nobiliorē, illustriorem, vel heroicam magis sibi posse comparare. S. Greg. Nazianzenus in sua de funere patris oratione non veretur dicere Sanctum Stephanum plus meriti & gloriae

Cicer. orat.  
pro M.  
Marcello.

Greg. Naz.  
orat. 18.

R. S. oram-

orando pro tortoribus suis, & se lapidantibus à Deo  
mimo Deo adeptum esse, quam pro Deo mortem op-  
petendo sed loquentem audiamus: Stephanus cum la-  
pidibus obrueretur, pro lapidantibus preces fundebat, ut  
Christi discipulum decebat, cuius causa cruciatus quoque  
ipse praeliarior illi erat, quam mors ipsa, quippe qui Christi  
leuitatis patientiae fructum offerret.

Et dubitatio mihi est, si in acerbissima Iesu Christi  
passione quicquam illustrius fuerit, meritorium ma-  
gis, aut Deo Patri acceptabilius hac admirabilimi-  
sercordia, qua erga proprios suos carnifices, à qui-  
bus cruci affigebatur, & dum in cruce penderet, ex-  
tremis tormentis diseruciatus, subsannabatur, vnum  
esse diuinum testatur eloquium. Sanè non fulmine  
eos quo digni erant, percussit, non aperto terra hian-  
absorpsit, sed ijs haec omnia induxit, patremque  
ijsdem ignoscere rogauit, cuius iā fortassis brachia  
eleuata, ac fulmen, quo eos perderet, videbat prepara-  
tum. Et quod maiorem meretur admirationem,  
immanissimorum illorum hominum scelera excusauit, eos per ignorantiam peccasse affirmans ne fūt  
quid faciunt.

Et quamvis minus prudentibus haec Christi exo-  
fatio non nihil à vero videti possit sciuncta, & dici  
quod plus nimio eorum tegat peccata, est tamen ad  
omni mendacij suspicione pro�us aliena. Quippe  
impossibile est, ut vel hic, vel alibi prima ipso veritas  
possit, quod veritati aduersetur, proloqui: cum enim  
Deus sit, mendacium in ore eius nō potest inueniri: mé-  
daciū siquidē, etiā ipso Platone attestante, infirmi-  
tatis argumentū est, quæ in Deum cadere nullatenus  
potest. Adhac quis tam insulsus dixerit, quod Christus  
parrem mendacio fallere voluerit, quem non  
posse decipi in confesso est: frustra iacit tur rete anti-  
culos pennatorum.

*Seni verba dare difficile est.*  
**Terent. in Andria.** Quod ergo Christus, qui est æterna, & increata sa-  
pientia, patri voluerit imponere, sicutumque facere,  
nemo

nemo sani cerebri existimauerit. Illud sanè extra omnem est controuersiam, multos illorum crassa peccasse ignorantia, maiores & sapientiores affectata.

Tanti (animæ dilectissimæ) Dominus Deus noster hanc facit misericordiam, ut nobis se peccata nostra remissurum promittat, si & ea proximo dimiserimus. *Dimittite & dimittemini.*

*Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Relinque, ait sapiens, proximo tuo nocentem: Matth. 5.  
Eccl. 8.*  
Etunc deprecari tibi peccata soluentur. E contrario bonus & misericors Deus se non nobis condonaturum peccata, immò indulgētiā datam se reuocaturum, & ea peccata quæ in libro suo iam deleta erant, in computum adducturum asseuerat, si non proximis nostris pepercérimus.

Quod pulchre ostenditur in præclara parabola *Matth. 18.*  
illius, qui debebat Regi decem millia talenta, quæ ingens summa est, & proponendum inestimabilis, & quam ei Rex ad primam instantiam dimiserat: *miseritus autem Dominus illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* At ingratus ille conseruo suo solum centum denarios remittere solebat: sed tenens suffocabat eum dicens: *Redde quod debes.* Et procidens conservus eius, eum regabat dicens: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcere, donec redderet debitum. Quod cum intellexisset Rex, tunc vocauit illum & ait illi: serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me, Nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui sicut & ego miseri fui? sic remissionis schedula rupra fuit & lacerata, omne debitum iterum ad suppurationem reuocatum, & tradidit eum Rex tortoribus, quo adusque redderet uniuersum debitum. Commemorata hac parabola epilogus additur notabilis: *Sic & pater meus caelitus faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Nec enim ore sufficit remittere, aut manus osculo, vel alio palliatæ assentationis poppymate; sicut faciunt qui aliud fronte simulant, aliud in pectora firmant, sed *corde*

**Ecc. 18.** *corde remittendum est, candida & sine labe simplicitate. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Qui vindicari vult a Domino inueniet vindictam, & peccat & illius seruans seruabit.*

**Quid?** quod etiam præcipit Deus ut indulgentia petamus pro parte aliis indulgemus: si sæpe, petamus etiam sæpe, si promptè & citò, etiam promptè & citò eam efflagitemus, si enormum peccatorum iniuriarum aut contumeliarum, idem faciamus, hoc enim omnia hoc verbo (*sicut*) comprehenduntur.

**Math. 6.**

*Dimittenobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Eadem mensura, qua debitores nostros mensi fuerimus remitteretur nobis. Secundum vasis angustiam, vel amplitudinem secundum vlna breuitatem, aut longitudinem quam Deo adferemus, sigillo proximi nostri contentient aut non contenti confirmatam, ab ipso Domino Deo mitius tractabimur, aut acerbius.*

Adhuc a nobis exigit diuina illa bonitas, vt & sæpe, & sine numero dimittramus iniurias in nos a proximo coniectas, toties quoties, & non dicamus: semper idem recurrat, semper idem statendum, finis nullus: facilitas venia inveniendum patitur delinquendi. Isaiae cap. vigesimo sexto. Misstrahimur impio, & non disset iustitiam: veterem ferenda iniuriam, iuvias nouam.

**Isaiae 26.** *Cum feceris iudiciatum in terra, iniuriam discent habitatores orbis. Hoc, dico, non vult Dominus Deus, sed ut semper condonemus. Hec siquidem est resolutio, hæc doctrina beato Petro, homini auii magnitudine præstanti, data & impartita, præter eam quam omnibus communicauerat dicens: Si septies in die in te peccauerit frater tuus, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens: pœnitite me, dico mitte illi.*

Resolutio autem tunc Petro facta est, cum accedens Petrus ad Iesum dixit: Domine quoties peccabis in me frater meus, & dimittas mihi? Usque septies memori

**memor** fortassis Petrus erat illius *septies*, cuius apud *Luc. 17.*  
Lucam sic mentio. *Huic quæstioni absolute &*  
*resolutoriè Christus hunc in modum respondit:*  
*Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies se-*  
*pies.*

Hoc est, ut adnotant Sanctus Hieronymus &  
Theophylactus quadringenties *ndnagies*. Nec  
solum *septuagies septies* peccanti fratri dimittendum  
est, ut sonare videtur *latina versio*, quam sequitur *Orig. ad*  
*Sanctus Augustinus & Origenes*, nam per nume-  
rum hunc determinatum, numerus indeterminatus *eius inter-*  
*intelligendus est*, ut sciamus toties esse fratri pecca-  
tum remittendum, quoties in nos peccat. *Huic*  
*expositioni post Sanctu Hieronymum adhæter San-*  
*ctus Anselmus*, sic enim ait: *Ut videlicet peccanti-*  
*ties dimittere precipiat in die, quoties ille in die pec-*  
*care non posset: per hunc numerum omnem transgressio-*  
*nem intelligens. Precipit ergo dimittere septuagies septies,*  
*id est uniuersam transgressionem.*

D. Augustinus de verbis Domini ser. 15. q. d. *quoties*  
*peccauerit, ignoscere.*

Diuis Hieronymus: *Toties dimittete, quoties pecca-*  
*re potest.*

Diuis Chrysost. *Non numero conclusit remissionem,*  
*sed quod continuè, & semper est significat. Ioannes*  
*Heskelius in 18 Matth Quasi dicat semper fratri dimis-*  
*ti volo.*

Def. Erasmus. parag in hunc locum: *Non dico,*  
inquit, *ignoscendum usque ad infinitam septimam*, sed  
*usque ad septuagesies septimam*: indicans nullum esse  
*prescribendum numerum ignorantia Christianæ sed quo-*  
*tiescunque resipuerit qui peccauit, toties ex animo condo-*  
*nandum esse culpam: penitus eximense ex animo Christianæ*  
*no omnem uincendi libidinem.*

Idem annot. ad hunc locum: *Ingentem numerum*  
*posuit pro infinito.*

Sebastia. Muastrus annot. ad hunc locum: *sensus*  
*est.*

D. Ansel.  
in cap. 18  
Matt.

*est quotiescumque pœnitentia fratrem peccati, debemus & non ei condonare.*

*Paulus Palatinus hic: Septuagies septies, id est infinitas.*

*Franciscus Vatablus vertit: Non dico tibi usq; ad septuagies, sed usq; ad septuagies septenas (vices.)*

*Et in annotat. 13. addit; id est remittes quadringentes nonages, infinitas remissiones indicat, quasi dicas latitudines sexcenties.*

*Et hoc vult Dominus Deus, quia nihil consentire est legi naturæ, quæ vult ut id faciamus alteri, quod nobis in simili casu fieri optaremus. Sed quousquequisque est qui proximum non ladar; & Deum ipsum sepius & acerbius ob infinitam eius maiestatem non offendat? Ecquis mortalium est, qui non percipiet, ut homines, ut Deus ipse ea quæ admittit, dissimulet, ac omne vltionis consilium seponat & abiciat? hoc fac igitur, ait Dominus Deus, omnistrani peccanti in te. Alter alterius onera portare.*

*Hoc etiam vult Dominus Deus quod iuri humano contentaneum sit, quod prohibet ne idem in propria causa pars sit & Iudex, quod tamen sit dum iniurias nobis illatas ipsimet vleiscimus & persequimur.*

*Hoc vult & præcipit Dominus propriæ duo attributa sibi propria & peculiaria, quæ sunt honor & iustitia, creaturæque incommunicabilia. Quis de priori sic per Prophetam: Honorem meum alterum non dabo, Deum locutum, nesciat? Et per Moysen posteriori: mea est ultiō & ego retribuam? Et per S. Paulum: mihi vindicta, ego retribuam? Inter totam excellentias & præstantes proprietates, quas supremus ille parrens suis communicat creaturis, hasce duas fibri seruat, quorum una ab altera dependet. Princeps lantidius auditus, colit iustitiam eamq; exercet, Qui iustitiam non sectatur, virtutis premium non fert, non assequitur eximios honores. Immodicæ dignitas regia sine iustitiadu stare non potest, ac se tueri, sicut prædoni, aut gladiatorum societas, nisi consistat alicuius iustitiae specie, dissipetur diuellaturque necesse est. Iustitia &*

*Isa. 4.*

*Deut. 32.*

*Rom. 12.*

*Psal. 96.*

*judicium correctio sedis eius.*

Sigilatur non vis ut Deus iniuriarum aut contumeliarum acceptarum vltor sit & vindex, sed ipse eas persequeris, Dei honorem tollis & gloriam, cōuenientissimus quippe modus, quo Deus suum adaugeat honorem & gloriam, est iustitiam exercere. Ideo Deus est; idē pater est, idē Dominus & princeps est Virg.  
vniuersi: *Diuum pater & hominum Rex, ut benefactis*  
honores & præmia, malefactis ignominias & supplicia decernat, studia bonorum exciter, malorum improbitatem coercat. Et, vnicuique quod suum est reddat. *Rex Iuppiter omnibus idem.*

Et tu, ò miser homuncio, audes Dei officium usurpare, audes in alienam messem, vt in proverbio est, *falsum immittere?* Vis illum præuenire: vis pro ratione sit manus, aut gladius? Vis simul & actor & Iudex esse? Dic quæso quid de hac in Deum iniuria censes? Deum ipsum, quantum in te est, suo iure prius, tribunal suo & iustitiae solio illum deturbas, illudque occupas. Quod si in corde tuo tacitus dices: Egregere inde Domine Deus, hoc desere tribunal, meum est in eo sedere, te dominum non agnoso, Dominus ipse esse percupio, nonne tu ipso Lucifero detestabilius es, & execrabilior, qui à Domino Deo nihil auferre, sed similis duntaxat illi esse volebat, iudicareris? *Similia ita loquebatur, ero altissimo.*

Immò tu, cum Domino Deo tuo sic expostulaſt*Iustus non es iudex, colere & exercere iustitiam non potes, tibi eam administrādi nec volūtas est, nec animus: nūquam administrabis: volo igitur illius esse executor. Volo ipsem et Deus esse. Et sic dum zelo vindictæ percitus, stricto & euaginato vis honorem tuum propugnare, gladio, Domino Deo (sacrilegium giganteum) honore, maximo tuo damno, ac partis tuae aduersæ emolumento suffuraris. Cum siquidem actor es, defensor remanes & reus, nec contra unum duntaxat hominem, sed contra Deum ipsum. Et è contrario res inimico tuo cedit quam optimè: cum etenim defensor esset, & reus, libertate donatur.*

An

An non vides igitur, o hominum miserrime, quanto  
cum detimento haec fiat permutatio? Pietas tuo de-  
betur aduersario, nec enim idem bis punitur in idip-  
sum; nec ex uno sacco duplex sumitur molitura: tibi  
vero ira adscribitur & vindicta, ut enim iniuria tua  
illatae vitor es & vindicta, factus es in ipsum Do-  
minum Deum tuum iniuriosus, falcam in ipsius  
messem immittens, in ea quae Dei sunt propria impunis,  
& eum sua possessione, expellens & exturbans.  
O immane sacrilegium! Quod si sceleratus quis-  
am in te coniecit iniuriam, quid inde? num Deus hu-  
ius causa fuit? Cur Dei honorem rapere & furari,  
tuum reparares, quem alius abstulerat, voluisti?

Non est quod cum Domino Deo more puerorum  
colludas, qui vel se inuicem extrudunt; vel dicunt  
quando se percutio, alterum percutere. Vel more co-  
rum, qui in mensa colaphum excipientes, reddunt  
vicino, dicentes ordine hoc fiat, ad patrem meum  
tandem perueniet: *Noli errare Deus non irridetur.* Pa-  
tionis suae tempus effuxit, non patitur sibi impingi  
alapas, aut iniuriam irrogari, non vult amplius sin-  
Barrabam praeponi. Iam honorem alteri dare non  
vult, ad iustitiam iam incumbit, ius quod a Patre ac-  
cepit & promeritus est, tuerit in uiolabiter: *Pater mo-  
ne iudicium dedit filio, quia filius hominis est.* Data est mihi  
omnia potestas in celo & in terra. Iob 36. Causa tua  
quasi impij indicata est, causam iudiciumque recipies. Hoc  
etiam ita vult, quia vt Deus & homo exemplum nobis  
ipse reliquit. Ut Deus, quando toties nobis ignoscit quoties ad ipsum conuertimur, siue serius id  
fiat aut citius, & qualecunque peccatum illud sit:  
*Cum ingenuis tunc saluaberis.* Quam saepè dormire,  
non videre, non audire se stimulat, cum nos, qui eius  
nos famulos protestamur, in eum peccamus, ac ad  
iracundiam prouocamus? Verè dixerit: *Ego autem  
tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aper-  
ens os sum.*

**Matt. 28.** Ut homo, nam vt veram & expressam se bonitatem  
ideam exhibet & clementiam dicens: *Dicite à me quis  
vult.*

mitti sum & humiliis corde. Quæ non Deus bone, exempla bonitatis, mansuetudinis ac humilitatis cum hominibus conuersans nobis ipse reliquit? Quam semper ad misericordiam propensus, quam pronus ad veniam? Quum die quodam Samaria hospitalitatis expers, Christum nollet admittere, ut ibi pernoctaret, seque ibidem ad tempus refocillaret. Apostoli autem stomacharentur, vellentque ignem de cœlo dimitti, quo ipsa ad instar Sodomæ, cueretur & penitus absorberetur, digni quippe erant, quorum scelus acrividicta expiaretur, nonne grauiter illos increpauit, maluitque omnem iniuriam, omne malum & incommodum placide tranquilleque perferre; quam vel in minimo ingratos illos sceleratos & crudeles lærere aut offendere?

David quamvis mansuetus fuisse legatur, in eiusmodi tam en casu aliter ingratum illum, stultum, & auarum Nabal excipere animo suo constituerat, nisi sapiens Abigail eius vxor obstitisset, ac Davidi obuiam processisset, eius iram linitura & emollitura. Cum die quodam Pharisæi in loco publico, sacro, ac plurimorum hominum præsentia Christum mendacij traducerent, ac hisce verbis eum infectarentur: *Tu de ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum.* Eique alibi dicerent: *Samitanus es & dæmonium habes, tantum abest, ut se huius iniuria vltorem exhibuerit, aut in eos mendacium retorserit, quin potius modestè responderit se veritatem dicere, nec se dæmonium habere.* Ecce ut tam atrocem à se contumeliam removat, tantum suorum verborum ostendit veritatem.

Quum Herodes in ipsa passione Christum irriteret, eumque ut stultum candida ueste indueret, nullum indignationis signum prodidit, sed altissimo silentio omnia benignè pertulit, ac maximè de animæ illius Tyranni perditione condonavit. Vnus Elisæus vrses coniurasset ad illum He-

udem protinus dentibus discerpendum. Quid eum Sanctus Petrus iusta ira mortis in horto praeceperat seclerato illi seruo Malcho dexteram articulam, Christus Petrum verbis castigavit, & in patientiae specimen semper ostenderet, causam perditi nebulonis contra fidelissimum suum famulum suscepit.

Postmodum codem ingratissimo Malcho, manu armata, ut afferunt plerique, benedicti Iesu faciem percutiente (inuria cui par non potest excogitari) non est ultius hoc conselerati hominis flagitium, sicut merebatur, aut exsiccando manum illam sacrilegam, aut eandem è corpore auellendo (ut cum Iudeo euenisse memorant, qui presumptuose ausus fuit tumbam beatissimæ Virginis dum ad sepulchrum deferretur, contingere) aut os illud mutum reddendo, quod tanta cum arrogantia faciendo dixerat: *Sic respondes Pontifici?* Non fuit ultius horum tam immanum facinorum vindicta dulcis Iesus, sed ut trium dierum agnells, sedatè hoc omnia & moderatè pertulit. Immò coram hoc sacrilego, & hominum omnium quos vñquam terribilitate celestissimo, ita se se demisit, ut quasi suum constituerit iudicem dicens: *Si male loquutus sum, peccatum perhibe de malo: si autem bene, cur me cedat his verbis, crudelis illius & ingratii hominis cor etiamsi fuisset adamatum, rumpi debuisset & in milie partes dispartiri. At de bruto animante, non fit accipiter, nec de scurra paterfamilias. Nec pugna, aut labijs assuefecunt aues venaticæ.*

Sed quod clementia, bonitatis diuinæ, & misericordia illustrius haberi potest exemplum, quam illud quo erga Iudam impijissimum suum proditorum usus est Christus Iesus: norissimæ erant Christi omnes Iudeæ intentiones, conspirationes, factiones, sciebat quam peruersus esset publici dispensator loculi, quam egregius fur. Cernebat eò omnes Iudeæ conatus infecti, ut tandem Christus ipse venderetur, & suis adversarijs traderetur, & tamen

QUT

## CONCIO DECIMA.

enam à suo confortio non amouebat intus & extra, in prædicatione, in mensa eum admittebat: Quæcum dulces capiebat cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Nec hac mortalium vltimorum manifestauit; immò nec dilecto suo, & suo um secrerorum concio S. Ioanni Euangelista, quamvis expresse interrogasset: Domine quis est qui te tradet? Et hoc ne alii Apostoli coniurati, & maximè Petrus, violentas in eum manus iniicerent, eumque tanquam scelerissimum proditorem contruci-darent.

Adhæc stupenda fuit Christi patientia, quando ab impudentissimæ audaciæ nebulone illo, permisit se oculari & amplexari, labia sua diuina labijs illius scelerati & profani tangi & cooperiri. Quod fecit ut proditorem suum e manibus Sancti Petri eriperet: is siquidem corde iunior & feruenter, quam postulaeret tam eius ingrauelcens ætas & Apostolatus dignitas, haud dubiè in eum quam in Malchum irruisset, impetu ferociori: fecit & hoc, vt illum ab impia sua sententia auocaret, nec eum traderet, quem iam numerata pecunia venderat. Vnde tam placide, tam amanter eum monebat dicens: Amico ad quid venisti? Quis nostrum, si Christi loco fuisset, tam agnino & columbino fuisset animo, qui non protinus ira effervuisse, ac cristas erexisset? Quis nostrum non ad instar Leonis furor irarum motus concepisset, ac in hæc & similia verba prorupisset: Ah poltrone! ah, traditor al Rey! Hispаниcè. ah! traditore de la carne salata! Italicè. Ah belistre! ah pendart! home desfac ès de cor-de, Gallicè. Ah sacrifer! ah verbero! lingua Romana, ah vir belial; fili diaboli, vir sanguinum; Hebraico dilecto. Hoc & simili elogio Semei Dauidem afflictionum tempestaibus cum agitaretur excipiebat. Patientia trium agnelli dierum tot iniurij prouocata & lacestata, in arictis & iconis furorē, immò cōtra proprium pastorē prouolueretur & effunderetur. Nō sic dilectissimus Iesus. Adhuc agnillus erat, non colore

2. Reg. 16.

mutabatur, non temperie, non sermone siebat asperior.

*Claud. in  
Manilij  
Theod. cō-  
sulacum.*

Seruat inoffensam, diuina modestia vocam;  
Temperiem seruant oculi, nec lumina seruor  
Asperat, aut rabidas diffundit sanguine venas,  
Nullaque mutati tempestas preditur oris.

*I. Pet. 2.*

Quod si vocis tonum immutari, is lenis fuit  
& placidus, quo ouem illam perditam & aberran-  
tem reduceret, si fieri posset; Et præceptum illud  
debita condonandi inimicis, suo exemplo no-  
bis ob oculos proponeret. Sic testatur Beatus Pe-  
trus: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exem-  
plum, ut sequamini vestigia eius: qui cum maledicerentur,  
cum patretur, non communabatur: tradebat autem i-  
dicanti se iniuste: Huius fidem facit. ipsius pro inimi-  
cis suis in cruce oratio, ipsius dico iam animam agi-  
tis & mortem inter dentes habentis: de qua oratione  
paulo post.*

*Ouid. l.6. t.  
fast.*

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur,  
Cum iudex alios quod monet, ipse facit.*

Res mira. Si amicus tuus signis quibusdam e-  
stenderet se singulati amore prolequi famulum su-  
um fidelem, immo canem aliquem venaticum, eou-  
que tibi commendaret: vt ei complaceres, nulla ra-  
tione in eos iniquius agere, aut eos lädere, etiam si  
ab ijs offendereris, velles: etiam si dico ab uno pro-  
uocareris iniuria, ab altero mortibus commouere-  
ris. Ut autem Domino Deo tuo complaceas, non po-  
tes moderatè fratrem tuum perferrre, quem tam im-  
pensè amat, & quem tam serio tibi commendar? At-  
que sic amicus ab amico plus impetrare potest pro-

seruo  
tis ef-  
simil-  
in an-  
ter O-  
tion-  
sunt  
profe-  
sumu-  
ditur  
quas  
folio  
Gual-  
no p-  
rum  
die v-  
quid  
cise e-  
mo ia-  
que e-  
seit d-  
um q-  
oppe  
fibi q-  
annui-  
tus n-  
prou-  
nual-  
tus si-  
milia-  
fratr-  
Præ-  
nis, j-  
cepit  
Sa-  
Deu-  
nes C-  
scip-

seruo, aut animali, quam ipse Deus huius uniuersitatis effector ab homine creature sua, pro homine sibi simili, quamvis haec facietibus mercedem promittas in amissibilem.

Et quid opus hic commemorare quam saepè Deus ter Opt. Max. recipia ostenderit sibi hoc commiserationis opus gratissimum esse? Exemplorum pleni sunt libri, hoc loco unicum sufficerit in medium proferre, quod ex varijs tanquam memoria dignissimum, verissimum, & a viris grauissimis scriptis traditum excerpti, quod in viris P.P. suo loco inuenietis, qua traduxi, & impressæ sunt à Baltazare Bellero in folio. Hoc ratum & illustre exemplum est Ioannis Gualberti Florentini, hominis nobilissimi, quod anno plus minus 1040. contigisse memoriam consignatum est. Scribitur igitur de hoc Ioanne, quod cum die veneris sancto illi factus esset obuius aduersarius quidam, qui fratrem suum occiderat, vindicavit esse cumque confondere. Alter videns se iam in extremo iam vita discrimine constitutum esse, nullamque euadendi spem superesse, statim ad illius genua fœle deiecit, rogauitque obnixissime, ut propter eum qui tali die in cruce mortem pro omnium salute oppeterat, vitam suam sartam tectam conseruaret, sibiique ignosceret. Haec submissio & oratio ita Ioannis Gualberti cor lancingavit, ut misericordia motus non solum cœgnouerit, vitamque cōseruaret, sed prouolutus eriam in terram, posito tormento manuali, & gladio invagua recondito, illum amplexatus sit tenerimē & amicissimē, non secus ac paterfamilias filium suum prodigum, promittēs quod loco fratri sui demortui, cum esset in posterū habiturus. Præclarum equidem misericordiæ exemplum hominis, illius nationis, que irarū motus, quos semel cōcepit, non facile soleat dimittere.

Sed audite iam (animæ dilectissimæ) ut Dominus Deus hanc misericordiā remunerari. Hic igitur Ioannes Gualbertus, hoc facto, hoc duello peracto, quo seipsum vicerat inimico suo condonando, in tem-

*Paul. Mo<sup>3</sup>*  
*rif. in sua*  
*hīs omni*  
*um relig.*  
*li. I. c. 16. &*  
*Blaſio Ma*  
*dolanēſi*  
*mutuath.*

plum Sancte Miniati propè Florentiam se ibidem  
tuas Deo orationes oblatus, contulit, & cum ge-  
nu coram imagine cruci pro nobis affixi, quæ in  
medio erat ecclesiæ flexisser: Ecce, ò diuinam bo-  
nitatem, & quomodo Deus nos ut obtemperemus  
allicet! Ecce hæc inquam imago visibiliter capi-  
sum cum strepitu quodam, & ligni ex quo for-  
mata erat confractione inclinavit & inflexit, signi-  
ficabat nimurum Deus quam sibi gratum fuisse &  
acceptum hoc egregium misericordia facinus,  
quod erga inimicū suū, hic Ioannes patravit.  
Quasi Deus ipse humiliter suæ creaturæ gratias  
geret ob hanc misericordiam inimico pure propius  
Deum praestitam. Hoc miraculo excitatus idem  
Ioannes Gualbertus seculo nequam relicto in co-  
dym monasterio Sancti Miniati vitam professus  
monasticam. Vobis tam illustre exemplum sufficiunt

Quid dicam? non solum Dei gratiam meretur &  
benevolentiam hæc misericordia virtus, sed hominū  
eriam non eorum duntaxat, quibus beneficētis &  
peccata remiseris, sed aliorum quoque qui sectato-  
res sunt illius, aut lectores vel auditores. Venerab-  
exosa habemus ea animalia, quæ præda inhant:  
crudelia sunt, querulosa & bellicosa, cuiusmodi sunt  
muluij, lupi, vrsi; & è diuerso pacifica, quæ sunt suo  
felle, sine malitia, ut agnellos, columbas, arundines,  
caniculas amamus. Eodem modo eos diligimus ho-  
mines quos ad misericordiam propensos esse vide-  
mus; Turcos verò, ferocios & implacabiles horremus  
& detestamur. Quid. lib. 2. de arte.

Odimus accipitrem, quia viuit semper in armis,  
Et pauidum solitos in pecus ire lispos.

At caret insidiis hominum, quia mitis birundo est,  
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.

Bonitatem Patres eas majori amore prosequa-  
tur proles, quæ mitiores sunt & pacis amantes,  
turbulentas verò & seditiones minus amant. Rebecca  
haud dubiè affectu intensiōti suum complectebatur  
Iacob, quam Esau { quamuis fratres essent gemelli}

simplex quippe Iacob erat, mitis, & in domo paterna pacificus: Esau vero factus est vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Et licet scriptura dicat quod Iacob dilexerit Esau, non tamen hoc simpliciter assertit, sed adiungit propter venationem id factum fuisse: Iacob enim libenter in sua decrepita etate carne vesciebatur ferina quam diebus singulis afferebat Esau. Isaac amabat Esau, eo quod de venatione illius vesceretur. Quod igitur adferebatur, diligebat magis quam ipsum adferente, ollam magis quam magirum. Sportulam diligebat & perulam. Dicitur etiam quod Iuppiter graui odio Martem fuerit prosecutus, eo quod inter omnes eius filios, & spurious, nullus fuerit Marte tumultuofior, nullus bellicosior. Vidi ego matrem praegaudio illachrymantem, vel simulante se illachrymari, dum filij cuiusdam bonitatem & mansuetudinem, qua ceteris præstabant, recenseret.

*Quid contingit frequentissime, ut aduersarios nostros parcendo potius quam vindictam sumendo superemus, eosque nobis subiiciamus. Sic D. Gregor. Nazianz. orat. 28. de funere patris. Sapientia magna ad salutem momentum est, ignoscendi facilitas, eum qui iniuriam intulit pudore coercens, atque a metu ad amorem & benevolentiam multo rutiorem certiore m̄q; traducens.*

Claudianus in Cons. Manilij. Lene fluit Nilus sed et  
His omnibus extat,

Vilius nullus confessus murmure vires.

Et paulo post,  
Pax maiora decet: peragit tranquilla potestas,  
Quod violenta nequit: mandataq; fortis urge  
Imperiosa quies.

Electiur obsequio curvatus ab arbore ramus;

Onix.

Franges, si vires experire tuas.

Dextera precipue capit indulgentia mentes:

Aasperitas oculum, seuq; bella monet.

Obsequium tigresq; domat, tumidosq; leones.

Idem li. 2.  
de arte.

Responso n. ollis frangit ira, ferro dure suscitat furor.

Prosa. 152

Hoc uno aut altero exemplo memorabili illu-

stremus ac confirmemus. Litteris consigillatum legimus Heremitam fuisse, cuius tugurium cū prædoniis inuasissent, dixerunt: venimus huc, ut omnia quæ habes diripiamus & expilemus. Respondit ipse: auferre hinc filij quæcunq; volueritis. Cū verò ea quæ habebat Heremita, despotarent, iamq; discederent, vidi adhuc loculum dependētem in vno, quæ bonus ille vir statim accepit, & insecurus est eos dicēs & clamās filii accipite adhuc hoc quod estis obliti. Quid accedit: Prædones hi hominis patientiam demirati, quæcunq; suffurati erant restituerunt, & reuertentes ea in suum locū unde abstulerant importarūt, dicentes: verè homo iste, homo Dei est. Sic plus potuit mansuetudo quam fortitudo.

*Greg. li. 1.  
dial. c. 2.*

Narrat quoque S. Gregorius, quod cum Abbat monasterij Fondensis quodam die iter faceret, incidit in equites graffatores, natione Gothos. Quem cum equo detinabant, obtulit illis scuticam, quam in manu tenebat, dicens: hanc etiam scuticam accipite, erit enim vobis vsui ad excitādum equum. Quid obligit? Equites hi pergentes ad Vulturū fluvium perteneret, at equis refūctantibus & recalcitrātibus harere ibi coacti sūt. Memores iniuriæ quā homini Dei injulerant: reuersi sunt, ut ei equū redderent. Cū verò recusaret, nec vellet equum recipere, eleuarunt eum & equo imposuerūt, eius sine dubio māsuerudine sibi. Videbis quantū huic bono patri patiētua profusio & clemētia. Longè aliter, ut populari sermone dicitur, accidit pauperi illi homini, cui cū milites medium panni partē, quem ferebat, eripuerūt, rationē se huius iniurię in die illo iudiq; districto reddituros minabatur. At hominē irridentes, alterā quoq; panni partē quā habebat, tāta dilatione allecti extorserūt.

*Senec. l. 1.  
caur. q.*

Immō nec Leones eos, qui molliter loquuntur, offendant. Fulgor minus nocimenti rebus molibus, quam duris solet inferre. Senecam loquentem audiamus. Loculis integris ac illesis, conflatur argentum: manente vagina gladius liquefit; si inauitate ligno, circa pilā, ferrum omne distillat. Dicamus

jgi.

igitur cum S. Chrysostomo: Si nihil à Deo huic indul- Hom.1.  
gentia, premij proponeretur, at quia omnes benevolo , Et epist. ad  
beneficio fauent; omnes illum admirantur Et laudant , Et Philemam  
iam non iubente Deo , remittare debebamus debitoribus nos-  
noscit.

Quid iam dicemus de tranquillitate illius animæ,  
quæ citè ac promptè offensas commissas remitti?  
illa tristitia & amaritudine assida non urgetur, quæ  
solita est ossa exsiccare.

Indormit securè & quietè. Non modos, non do-  
los quibus iniuriam sibi illatam propulset machi-  
natur. Nō somnijs inquietatur, quæ timorem incu-  
tiant & horrem. Non rancore conflictatur, si oc-  
casio, aut modus se vindicandi non se offerat. Non  
rebus alterius macrescit opimis. Furijs non exagita-  
tur. Conscientia tremorū non diuexatur, quod vel  
non condonarit, vel plus æquo sese vindicarit, ut in  
iram & vindictam prorumpentibus contingit, ubi iræ  
igniculi fuerint sopiti . Nec metuit ne aduersarius  
par pari referat, & nouis iniurijs aut contumelijs de-  
integro cā lacerat. Nam ut trito celebratur sermone,  
qui bellam dat, bellam expectat : Qui que vult dicit , qua  
bon vult audiet. Rectè Terent. in Andriæ prologo:  
Dehinc ut quiescant porrò moneo , Et desinant maledicere,  
malefacta ne noscant sua. Non timet ne aut Deus, aut  
sancti qui cum eo regnant acerbius in eam animad-  
vertant: nam eos qui sevtores exhibent & vindices  
oderunt & detestantur : Videntes conservi eius quæ fie-  
bant, contristati sunt valde, Et venerunt Et narrauerunt Matt.18.  
Domino suo omnia quæ facta fuerunt. Timore non con-  
cultur, quoties Deum precatur, orationemque pro-  
fert Dominicam, quod est Euangelij totius & fidei  
compendium, & breuiarium, ne oratio sua annexuna  
habeat peccatum , mentiendo & dicendo se debita  
dimittere, cum tamen non dimittat. Aut ne impor-  
tuna sit oratio sua, inefficax, vel penæ meritaria diui-  
na, cum & velit ad semper voluerit vindictam de ad-  
uersario, quantum in se est, & fuit, sumere : Dimittis  
nobis sicut dimittimus.

**M**an. b. II. O quantam nobis parit hæc clementia tranquillitatem, mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Et hoc insinuabat, mea quidem sententia, Christus Iesus, cum diceret: *Iugum meum suave est & onus meum leue.* Et, cum suo exemplo nos ad hanc mansuetudinem prouocasset, adjiceret: *Et inuenietis requiem animabus vestris.* Nunquid & Apostolis die quodam dicebat: *In patientia vestra possidebitis animas vestras?* Fælices igitur animæ illæ quæ benignæ sunt & misericordes. Iam prægustare incipiunt primitias & suaves cælestis patriæ fructus, & in hac miseriariarum valle quendam velut terrestrem paradisum experiuntur. Act tandem ex uno in alium immigrant. E contrario animæ implacabiles & vltices etiæ inferno in infetnum præcipites corruunt: *Ex hoc in hoc: Ex hoc in illud.* Quæ cum ita se habeant, quisque pro viricularum suarum modulo imitari studeat patrem filij illius prodigi, de quo scriptum legimus: *Ei misericordia mortis.*

**N**id.

## II.

**Q**UOD ANIMAE GENEROSIores,  
sint ad misericordiam propensiores, & quod  
misericordiam doceat ipse natu-  
ræ instinctus.

**N**ihilominus (quod sanè mirandum est, & tanquam horrendum in Christianismo monstru habendum) nostræ ætatis Christiani, immo si qui cæteris omni virtutu genere deberent prælucere, Domini nostri ac nobiles, suo se honoriplurimū consilere arbitrantur, si quasvis iniurias aut cōtumelias habvi vel suis irrogatas, animo vlciscantur implacabili: *Litem mouebunt, si vel asinus mordeat canem.* Sic fēc Commodo Imperator homo equidem parum comodus, qui cum annorū esset duodecim, ac se in balneis ablueret, contigit ut a musca pungeretur, quod adeo indignè tulit, ut ipsum batheorum magistrum

In fornacem viuum iusserit dari præcipitem. In eam abripiuntur opinionem, ut existiment se maiorum laudes obterere, se nihil animi in corde, se nec vni-  
ciam honoris habere, se dignos esse, qui potius cum feminis sarciant, vel fila ducant, quam se gladio &  
pugione accingant, nisi omnino iniuriam illatam vl-  
escantur, nisi vel duello vel alia ratione scipios con-  
trudcent & iugulent, etiam si tantum vel musca maledic-  
eorum oculos præcurrat, si vel leuis rumor eorum au-  
res, qui minus placeat subintret, si iniquus eos occu-  
lus conspiciat:

*Quantulacumq[ue] adeò est occasio sufficit ire.* *Iuuenal.*

Egregij profecto homines, qui se Dominos non *sav. 13.*  
reputant, nisi & in duello magni sint Domini, nec  
nobiles, nisi vita & moribus ipsos referant Ethnicos,  
imò ipsis Ethnici vitam viuant contaminatiorem.  
Nec claris se natalibus ortos ducunt, nisi statim in  
eum arma corripiant cumque ledant, à quo vel in  
minimo læsi sunt: vt si vel mendacioli alicuius illos  
arguat, vel aliquid effutiat quod minus eis placeat.  
Quod si sine vindicta iniuriam remittant se indig-  
nos nobilitate omni arbitrantur. At si mendacijs  
quempiam traduxerint in eumque fuerint iniuriosi,  
mallent sibi ceruicem ab humeris auelli, & misere-  
sibi vitam adimi, quam remissionem exposceret, &  
satisfactione honesta cum offenso in gratiam re-  
dire.

Misera sane hominum istorum conditio: non in-  
telligunt in quo verus equestris & militaris honor  
consistat, sed suo loco eum deturbantes, transferunt  
in res nullius valoris & momenti, & vt sic loquar, de  
asini sèpè vmbra disputantes, aut de fumo discrepan-  
tes, tandem ad singulare certamen descendunt. Non  
intelligunt generosi militis honorem non in hoc si-  
tum esse, vt quis se tanquam Rodomontium gerat, vt  
se buccis concrepantibus ostenteret, insolentius fortitudine  
suam efficeret, iniuria amicis afferat, alijs lites  
intenteret, socios pro quauis re ad certamen prouocet,  
sed veri militis est, in hoc totis viribus incumbere, vt

*Vide mon-  
dum satis  
faciedi in  
Ieron. d'  
Vurrea in  
suo dialog.  
de vero  
honore  
militare  
Pag. 69a*

melatum ynguem à verę virtutis semitā deflecat: sūrum affectuum motus rationis magisterio subijciat; à lege Dei sui nunquam resiliat; forris & magnanimitus in publicis certaminibus, in iustis & licitis, in quibus fama paratur immortalis, existat. Quid honoris meretur (sic loquitus doctus quidam Cæsarensis Episcopus R. mus Pater F. Chryſtophorus Chriftoranus) qui & personam, & alterius bona in continuo ponit & tenet periculο? Non ſcio, niſi honore tali dignus fit, qualem merentur lupi, leones, aut Diabolus ipſe animarum ab initio hostis & aduersarius, & Rex ſuper filios superbizę.

Quo honore dignus eſt is, qui proprio decepti iudicio illud dedecus arbitratut, quod Deus, boni & sapientes honorem iudicant & afferunt; nimur in iurias fortiſter ac ſapienter ferre, eaq; excello animo remittere? Et illud pro honore ducete, quod Deus, & boni, & sapientes dedecus eſſe & ignominiam exiſtant, ſcilicet brutalem exercere ferocitatem & crudelitatem, velle ſibi ſimilem opprimere, aut à ſibi ſimiili opprimi, velle hominem homini, non ſolum lupum eſſe, ſed plusquam lupum? nec enim tanta eſt luporum inter ſe cædes, tanta carnificina, quanta inter ipsos homines reperitur. Quis honor eſt falso opinari, quod homo alteri honorem auferre poſſit, et iamſi in eum iniuriosus eſſe queat? Honor virtutis ſemper comes eſt, illi adhæret firmiſſime, non ſecus ac corpori umbra, honorantur ſemper qui virtutum ſplendore coruſcant. Alterum nemo honore priuare poſteſt, niſi prius eum virtute, qua præditus eſt, & cui coniunctus eſt priuict. Qui virtute inſtructus eſt, ſolum ſe honore priuare poſteſt, dum ſcilicet virtute poſthabita, vitium amplexatur: nemo laditur, aut ſubatur honore, niſi à ſeipſo.

Quod ſi honor ab eo, qui virtutis ornamento decoratus eſt, auferri nō poſteſt, ſed vitio dumtaxat proprio deperditur, quaē hæc ſtultitia eſt & dementia, ut quis illud modis omnibus proſequi velit & viribus omnibus recuperare, quod ei ablatum non fuit nec auferri

aufferri potuit? Quis hominem illum non irriserit, si ne Dionantinus fuerit, siue Manbeugius aut Arcadius, qui vltro, citroque equum perquirebat, tanquam perditum, cui tamen insidebat? Aut senem illum iam cæcumentem, qui libros suos voluebat & reuoluebat, chartas scriptaque sua excutiebat ut ocularia siue per spicilla crystallinæ vel vitrea de integro inueniret, quæ naso suo subnixa tenebat? Sic de eo philosophandū qui honorem perquirit, quem non amisit, nec ab eo afferri potest.

Deinde quid honoris meretur, qui ad eò pusillo animo est & abiecto, vt cholera etiam minimam refrenare non possit & comprimere, aut ad eò delicatus est & mollis, vt nequeat mortum aliquem, muscas morsu minorem æquanimiter perferrere? Quo ius honoris afficiendus est, qui gladiatoris & bustuarij, immò lanionis, aut carnificis fungitur officio? Et præfertim cum non sit infuscus quod Dominus Deus, Ecclesia, princeps, duella seriò prohibeant, præcipiat que ecclesia Catholica, ne eorum corpora, qui duella committunt in loco sacro sepeliantur, si eos contingat in duellis occumbere, velique alibi non sepeliantur quam in campo inter brutorum animantium ossa, quibus facti fuere non absimiles, nimirum sepulitura usini.

An honor est, suum contemnere principem, magnum ecclesiam adsperrnari, Domino Deo creatori suo non obtemperare, vitam, corpus, sepulturam, quæ omnes naturaliter diligimus Christiani, Gentiles & Barbari, negligere & nihil facere; terram amittere, non propter cælum, sed propter infernum, propter nimirum honorem, quem fugimus esse & non est? Quid honoris habuerit is, qui vt alto stemmate natus inter ignorantes habeatur, vult malus reputari Christianus, & tanquam refuga aut apostata ab omnibus probis ac doctis Theologis pronunciari?

Bono probari malo, quam multis malis.

Laudari à malis vita perari est.

Quis honori vertat, si quis tam temere vitam suam discri-

discrimini obijciat, immo animam suam Dæmoni deuoueat? Nemo squide in dubium reuocari, quin talis, dum in eiusmodi certaminibus ex hac via abripitur, supplicijs addicetur semper inis, tum propter iniuriam mortalem, non habitualem duxat, sed etiam actualem, quia cum è viuis excedit; tu propter trium legū. Princeps scilicet, ecclesiæ & Dei transgressionem. Anima dico hominis eiusmodi, quæ sola omni honori præferenda est, & mille mundis anteponenda, quæ alio non est redempta pretio, quam morte & sanguine Iesu Christi Domini & Salvatoris nostri:

Sit protrito adagio Abbas quidam irridetur quod hos versus in hunc modum distinxerit.

*Porta patens esto nulli, claudaris honesto,  
cum dixisse debuisset:*

*Porta patens esto, nulli claudaris honesto:  
est equidem hic sensu verus & genuinus. Hinc nostris  
Proverbiis est: Pro uno puncto suum Abbas amissi eis  
lum. Quis cum non irrideat, vel potius eius stultam  
nobilitatem defleat, qui propter honoris punctum  
imperceptibilem, non a sinu, (licet a sinu ille ve-  
rum fuerit animal, vel monasterium aliquod quod  
alma ab aliis arboribus denominatur) sed miseram  
perdit animam? O damaum indicibile! o stultam  
deplorandam! pro re tam pauci momenti anima suę  
iacturam facere!*

Respondent ipsi & dicunt, quod non ut Christiani,  
sed ut nobiles eiusmodi singularia certamina ineant.  
Illi respondeo me euangelium non scire, quod alites  
pro nobilibus, in materia iniuriae, remissionis, re-  
conciliationis, rationis & iustitiae loquatur, quam  
pro ignobilibus. Sed nec video quod nobiles Chi-  
ristiani sint alterius speciei, quam sint in simo & obscu-  
ro loco nati: nec facultatem aut priuilegium aliud  
habeant, quam rudis & imperita multitudo.

*Virg. r.  
Encl.*

*Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.  
Nec video euam quod Christianus & nobilis doz*

Ant personæ, quarum altera hoc licet facere possit,  
seque saluare; altera minime.

Memoriæ proditum est, quod cum semel quidam *Insens:*  
annosus rusticus videret Archiepiscopū Coloniensem *memorat:*  
magno cū apparatu & multis stipatum militibus iter *Pag. 14.*  
facere, subriserit; cur rideret interrogatus, respondit  
se tisise ac demiratum esse, quod Sanctus Petrus  
Christi in terris Vicarius pauper & inops, successores  
suos tam diuites reliquisset & opulentos, qui milita-  
rem potius, quam ecclesiasticum statum præferant.  
Respondit tunc Archiepiscopus, se ducem esse & Ar-  
chiepiscopum, & quod tanquam dux militares secum  
haberet copias: at in ecclesia se tanquam Archiep-  
copum gereret. Rusticus intulit: Domine, vellem di-  
ceres mihi: quando Dominus dux erit cum dæmonū  
omnium colluuiet, ubi tunc erit Dominus Archiepis-  
copus?

Sanè possim, & iustiore titulo, irridere ritus bru-  
tales & barbaros Christianorum nobilium, qui ho-  
noris punctum tanti faciunt, ab ijsq; petere: Domini,  
quando Christianus in duello morte oppetens dam-  
nabitur, ubi erit nōbilis: An Deus & Diabolus spoliū  
diuisuri sunt & dicturi: nec mihi nec tibi, sed dividatur? Et *3 Reg.*  
Iesus malum Christianum Diabolo tradens, nobilem  
priuilegium pro parte sua assumpturus est? Aut di-  
cet dæmon Domino Deo: *Da mihi animas catena tolle*  
*tibi;* qui hæc partitio fieri potest? Et si fieri posset, op-  
taretisne, vt nobilior ac melior vestri portio, anima  
nempè, in perpetuum perderetur, vt honor prætensus  
saluaretur? Verum ne in re tam seria & tanti momenti  
videamus nugari, Respondeo quia tam alto genere  
otūdi estis, idè meliores esse debetis, placabiliores,  
& misericordiores: nam non solum inter homines,  
sed inter etiam ipsas bestias nobiliores ferè sunt ad  
misericordiam propensiore, & flexibiliores. Et pro-  
fundiora flumina lentius solent defluere.

Curtius docet altissima quoq; flumina minimo sone  
gelabi.

Demoſt. orat. ad Alexandrū magnum: *Nihil habes*  
*Res*

Rex Alexander, vel fortuna maius, quam ut possis: vel  
patura tua melius, quam ut velis seruare quamplu-  
rinos.

Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 5. Quo quisq; est maior, magis  
est placabilis ire:

*Et faciles motus mens generosa capit.*

Silencio hic præterimus quam clemens & benig-  
nus sit Dominus Deus noster, cuius magnitudo infi-  
nita: Etiam tacemus Iesu Christi misericordiam &  
bonitatem, de puris siquidem loquimur homi-  
nibus.

Romani illi triumphatores arrogantes, rerum De-  
mini, nunquid omnium fuerunt hominum genero-  
fissimi, ad arma nati, inter arma educati, ac per arma  
ad summum honoris fastigium subiecti? Quid illis am-  
bitiosius, quid honoris defendendi studiosius? am-  
bitiosius ac acerbius pro honore decertabant, quam  
possent nostri vnius aut quatuor anni domicelli, pro  
qualicumque honore duellum suscipientes & tan-  
quam pro aris & foris dimicantes. Et tamen nobili-  
les illi Romani gloriabantur seque ostentabant quo-  
ties virtute constanti & modestia suorum amicorum  
infirmitates aut iniurias perferrunt, vt his duobus  
rebus inimicorum vires frangerent.

Quis principum si ab aliquo infimæ nobilitatis  
homine, homine dieo ad instar fungi vnius noctis  
nouo, ad iram prouocatus fuerit, arma vlturus sibifa.  
Etiam iniuriam corripit, quin potius virtutem suam &  
animi magnitudinem in remittenda iniuria manife-  
stam esse percipit? non vult videri in illâ perferranda  
exili animo esse, sed excello & constanti vult illam  
perferrere, cum illam inferens sibi par non sit, sed quæ  
si vellet nullo negocio & quasi ludibundus conterere  
posset & opprimere. *Aquila non capit muscas.* Vincit  
*seipsum magna est victoria,* ait Pibrac.

Paucis de fundatore Romani imperij loquamus,  
& de quibusdam Imperatoribus, qui eum secuti sunt.  
Quid vñquam mundus vidit clementius Julio Ca-  
esar? Hic à lachrymis abstinere non potuit Pompei

inin  
spic  
vita  
men  
men  
prist  
Cæl  
in ip  
men  
ob b  
& cl  
cret  
extr  
victa  
Deic  
les. N  
in te  
I  
poli  
sis ep  
casse  
tulla  
legun  
bibu

C  
dē: C  
& in  
ciare  
rat I  
dias  
euro  
Cæs  
iam  
quo  
set,  
cerd  
hom  
solu  
tus e

inimici sui caput adhuc sanguine conspersum conspiciens. Quid clementius Iulio Cæsare, qui nūquam vitam alicui eripuit nisi in armis existenti? Quid clementius illo qui omnibus condonauit? Quid clementius illo, qui plures aduersarios suos suæ restituuit pristinæ dignitati ac honori? Quid clementius Iulio Cæsare, qui se vitam reddere posse exoptabat ijs qui in ipso certaminis ardore occubuisserent. Quid clementius Iulio Cæsare, qui non ob aliam causam quā ob bonitatem ē viuis abruptus est. Tam bonus fuit & clemens, vt inter cætera honorum genera quæ decreti ei fuēre, sancitum sit, vt ei templum clementiæ extrueretur, gratiæque redderentur, pro ea qua in victoria vſus erat, humanitate. Cic. Orat. pro Rege Deiotaro. Cum facile exorieris Cesar, tum semel exorari soles. Nemo unquam te placauit inimicus, qui illas reedisse in te simulatis reliquias senserit.

I. Lipsius amicus meus lib. 1. monitorum & exp. politicorum c. 17. nu. 14. ille C. Caluo oratori, qui famosis epigrammatiæ prosciderat, cum de reconciliatione significasset, prior & ultro scripsit tanquam ipse lasisset. Idem Catullum Poetam, qui fama eius perpetua stigmata' ( & nunc leguntur) versibus inuferat, satis facientem, eadem die adbibuit cena.

Cæsar Augustus eius adoptiuus modo vſus est eo. *Suetonius* dē: Cum enim quadraginta esset annorū. & amplius, *vitam* & in Gallijs demoraretur, fidelique sermone denunciatur, quod nobilis quidam iuuensis, cui nomen erat L. Cinna, Pompeij magni nepos, ei strueret insidias, simulque vbi, quando, & quomodo hoc se executurum imaginabatur, manifestaretur: nimirū cū Cæsar sacrificijs offerendis intentus esset. Etiam si iam alias huic L. Cinnæ ignouisset, & patrimonium quod fisco cedere debebat, idem integrum reliquistet, immō bona ipsius auxisset vnius beneficij & sacerdotij collatione, tamen clemens hic Imperator homuncionem hunc ita relapsum iussit accersiri, vt solus solum alloqueretur, & data ei sede sic eum affatus est: Rogo te Cinna ne meum interpellas sermo-

T

nem,

nem, etiam te benignè, ac placidè audiam. Tunc de  
neciorum, quæ in ipsum Cinnam contulerat, facta  
detraheret. breui enumeratione: nimirum ut ei vitam cum tam  
in inimicorum castris repertus fuisset; donasset: vt  
Princ. patrimonium ei liberum reliquisset: vt eum benefi-  
cium ornatasset & honestasset. Tandem subiunxit, car-  
tū. E  
stig.  
culi  
con  
inst  
dulc  
adu  
opis  
doli  
ille  
con  
min  
nor  
rice  
scel  
lia c  
resp  
fir c  
tori  
Et t  
aud  
me  
hile  
mer  
Egi  
viu  
Sic  
cor  
gau  
gra  
ijsc  
tul  
Im

*Ambr de D. Ambrosius sic de suo Theodosio: Beneficium se  
obitu The- putabat accepisse augusta memoria Theodosius, cum roga-  
odosij. retur ignorceret; & tunc proprior erat venia, cum fuisse  
commotio maior tracurdia: & optabatur in eo, quod timi-  
batur in alijs, ut irasceretur. Hoc erat remedium reorum.  
Qui nunquam veniam confitesti negavit.*

Carolus Magnus, magnum illud Saracenorum flan-  
gellum, deuictis Saxonibus, & suo imperio subactis,  
omnes eis in ipsum alienationes & perdulliones remi-  
sit ( quæ fuerant frequentissimæ) ea tamen condicio-  
ne, vt sacro baptismatis fonte tingerentur, fidemque  
Iesu Christi salutarem amplexarentur. Lipsius inni-  
mis amicus meus, duo memoria dignissima de hunc  
magni Principis clementia erga filium proprium &  
filiam narrat, & quamvis auctorem non referat, di-  
centis tamen mihi sufficit auctoritas: ipso dixit: Au-  
digitur quod cum in eum filius eius Pipinus conspi-  
rasset, hocque iam pro comperto haberetur, ei con-  
donauit: relapsus est, iterum ignouit, modò tamen,  
ne anima tam inconstans tertio prolaberetur, religi-  
onem meditaretur, eamq; ingrediceretur. In quo du-  
plici eum beneficium complexus est. Vno dum veniam  
indulxit: altero dum viā ad aliud regnum & imperium  
Francico excellentius, adipiscendū monstrauit.

Rursus recenset quod filia eum offendit. Qui-  
dam Eginhartus a secretis erat Carolo magno, & in  
aula morabatur homo doctus & prudens, sed arte am-  
andi paru peritus. Is Domini sui filia, quāvis disparispla-  
nē esset conditionis, adamauit: filia etiā huius capta  
fuit amore. Malū Ignē, quo flagrabat, yti amantibus

serem est, furrius extinxere aquis, secretò & nemine concio aliquo tempore mutua se le commixtione defadantur. Tandem cù quadam nocte Eginhartus in Principis infantis cubiculo secreto esset, & sub aurora inde vellet egredi, vidit totū paumentū niue stratum. Pauperculus quid faceret? si progrederetur, ex vestigijs aliquè hominē in Dominatum secretis cubiculis fuisse, agnosceretur facillimè. In his angustijs ei consilio, astutia, fortitudine succurrerat amica. Eum ad instar bauli Parisiensis, humeris suis imponit, effert hoc dulce onus pro viricularum modulo. Sed ecce (ð casū aduersum, simulq; prosperum) Carolus magnus ex inopinato aderat, videns filiam suā tam insignē baulam, dolet pariter & subdidet. Vtrumque nota, tunc sapiēs ille Princeps dissimulabat. Illucescente iam die suos conuocat Principes, rem gestā vt iucundam sic ignominiosam, exponit, consilium petit, (neminē tamē nominando, & auctorem huius tragicæ comediae subiecendo,) qua multari debeat pœna, qui tā nefando scelere Dominū suū offendisset, & quid mereretur filia quæ in parentē tā estet iniuriaſa? Vno consensu responderunt omnes, eos in mortis reos esse. Tunc iusfit coram se vtrumq; accersiri, & in publica purpuratorum corona sic ait: Hi sunt, Domini, delinquētes. Et tu Eginharre, & tu filia mea quæ vos dementauit audacia? Negare non potestis, nam me inspectorem, me accusatorem, me judicem & vltorem habetis. Nil hominus experieris Dominum, & tu parentem clementem. Ignoscimus vobis, hac tamen conditione, Eginharre tuam hanc concubinam duces in uxorem, viuite concordes, & mutuis vos officijs subleuate. Sic magnus ille Imperator hos duos summo, quo consernebantur pauore, exemit, eosque summo gaudio perfudit: Patri & Domino tam clementi gratias, vt potuerunt pro tanto beneficio egerunt, ijsq; amplissimus ille Principum consensu congratulati sunt.

Vnum adhuc exemplum clementiæ Romanorum Imperatorū & viius adhuc Caroli, & tunc finem his

imponemus, proferamus, Dum steterint Herenles columnæ, dum mundus permanserit, noster Ganda- uensis Belgicus fælicis recordationis Carolus quintus in ore hominum erit, & ob in subditos clemen- tiam eius memoriam excipiet & rubebitur immorta- litas. Siue in Hispania dum perduelles quidam du- ce Ioanne de Padille fuere: Siue in Germania sub du- ce Saxone; siue Gandaui ubi natuſ fuerat, & ubi om- nes ab eo alterationes remissæ sunt, & paucis sanguine conuulsæ, quamvis sine sanguine non sit remissio.

Guenara  
in aureis  
epift. in  
fine.

Cum die quodam, mitum dictu, unus qui ei a consilijs erat bellicis, suaderet Gandauum, toris Flandriæ oculum pulchriorem deleret & funditus euerteret, eminētiorem totius ciuitatis turrim secum concenteret iussit, eique dixit: Oculis curiosis non cursorijs amplitudinem & parui illius mundi pulchritudinem perlustraret, eum esse in Flandria ad instar Parisiorum in Gallia. Deinde petijt quod His- panicæ pelles, tantæ chirothecæ conficiendæ forent sufficientes. Cum quid alter responderet non habe- ret, eum, ut fertur, perpetuo damnauit exilio, quod tam crudele dedisset consilium. Vtinam nunquam tale crudelitatis monſtrum orbis vidisset. Historicus quidam eius famosus in multis Iulio Cæſari eum comparat. Et tandem concludit: Clementia autem v- triusq; (Iulij Cæſaris scilicet & Caroli V.) aequalis, & fortassis in Carolo maior fuit. Sic verum est, quo quisque est maior, magis est placabilis ira.

Taceo quod & inimici soliti erant dicere. Reges is- rael fuſſe clementes. Taceo quod Dauid ipſe, ut le diuinæ gratiæ commendareret, suam proponebat bonitatē & facilitatem: Memento Domine Dauid & omnis man- fuetudinis eius, quæ eluxit dum Absalon fratre ſuū Am- mon confodisset: & dum ipſe Absalon contra Partē ſuum conſpirasset: tanta quippè fuit Dauid clemen- tia, ut exercitus duci præcipiteret dicens: Seruate mihi puerum Absalon: Dum etiam blasphemator ille Simei in ipſa fuga, Absalon persequente, maledictione ſua afflictio afflictionem addidisset, Silentij velo hic era tot

et potentes Reges, quibus nihil fuit clementius, cōtego Ut inter alios Alexandrū illū magnū, qui cū Pōrum Indiarum Regē prælijs fregisset, isq; in mortuum incidisset, non minus impensè cum curabat, quam si pro eodem decertasset. Cum verò, præter omnium opinionem conualuisse, illum in amicorū suorū albū *Curtius*  
referre nō est dignatus. Et paulò post, teste Curtio, *lib. 8.*  
eidem legatum suo maius & florentius donauit.

Eiusmodi exempla Regum subtileo, ut exempla imperij Romani sacri, cum imperij Romani profani exemplis contexam, hoc est clementia Romanorum Pontificum clementia Romanorū Imperatorum cōiungam. Quid maius in mundo, quid nobilius ecclesiæ sacerdotio? Quā sanctis Patribus triplici ornatis corona? Si hoc nihil clementius est sacerdotio, quod aliud nihil petit, aliud nihil oportet, nisi ut soluantur peccatores, eisq; venia donetur toties quoties. Nihil hoc sacerdotio clementius, quod non sanguinolēto vtratur gladio, sed spirituali, & quidem rarissimè & sobrium. Nihil sacerdotio catholico misericordius, quod contra Nouitianos hæreticos constantissimè, peccatorum remissionem post baptismū lapsorū propugnat, & pro ea vsq; ad effusionē sanguinis, ubi opus est, digladiatur. Clamat igitur & protestatur quod nō semel dum taxat, sed omni tempore Dominus misericordiam peccatoribus misericordiam benignè tribuat.

D. Cyprian. ser. de cena Domini sub finem: *Velit* nolit Nouatus hereticus, omni tempore Dei gratia recipit pa-  
nitentes. Seneca: Nunquā sera est ad bonos mores via. Nulla  
panitia fera dūmodo vera. Quis sublimius Iesu Chri-  
sti Vicario?

Ouid. lib.  
2. fast.

\* Regibus est alii tellus data a limite certo.

\* al. gen-  
tibus.

\* Pontifici spatium est urbis & orbis idem.

\* al. Ron-  
mann.

Hoc tu per terras quod in aethere Iuppiter alto

Nomen habes; hominum tu pater, ille Deum.

Tantæ sunt dignitatis Romani Pontifices, ut eos Christiani fideles, Reges etiā & Imperatores adorent, & pedes exsculentur eorū, arma ante eorū pedes deponant, gladiū & arma ab ipsis accipiant, pro ipsorū

T 3 defen-

defensione gladium corripiant, & vagina diripiant  
atque educant, iure iurando se pro ijsdem decertatores  
promittant. Verè. *Genus electum, regale sacerdotium.* Ut  
summa sunt dignitatis, ita clementissimi sunt, pla-  
bilissimi, & ad remittendum propensissimi. Ob eos  
oculos semper illud cuiusdam sapientis antiqui ob-  
versatur proloquium *maximam potestatem accipere,*  
*datorem potestatis iuxta possibiliter suam debet imita-  
ti.* In hoc autem Deum maximè imitabatur, si nihil iudi-  
cauerit, quam misereri pretiosius.

Satis intelligent non decere, ut aulae praefectus  
Domini alicuius parcus sit & tenax, cuius Dominus  
liberalis sit & munificus; crudelis sit, & implacabilis,  
cuius Dominus ipsa sit bonitas, ut est Iesus Christus.  
Etiam sciunt rationi parum consonum esse, ut quis  
durus sit & inexorabilis, cum primus summorum  
Pontificum tam facilem in condonando magistrum  
habuerit, quem tamen tam ignauè denegarat &  
totes. Probè norunt; ut Seneca verbis utræ: quod sup-  
erioribus; & in fastigio collocatis nihil sit pulchrius, quam  
multarum rerum veniam dare, nullius petere. Hinc abil-  
lis in nos tot excellentes, tam copiosæ, ac frequen-  
tes promanant indulgentiæ. Hinc semper parati sunt  
deuios in finum suum obuijs vlnis recipere. Hinc  
Paulus & Pontifex, quodam die haeretico ad veram  
fidem conuerso, ad pedes suos prostrato, & defluen-  
tibus lachrymis veniam petenti dixit: ecclesiam finū  
suum nunquam ijs ocludere, qui ad eam reuerteret-  
tur. Efferatae esse crudelitatis ad pedes prouulso no-  
benignè tractare, eosq; paternè fuscipere. Nec minus  
amicè & dulciter cum eo egit, quam paterfamilias, ut  
mox dicemus, cum prodigo euangelico.

Hnc ætate nostra Clemens 8. Papa tam amante  
brachijs suis complexus est, & gyro ecclesiæ adcep-  
sit Henricum magnum huius nominis 4. Francia &  
Nauarræ Regem, quamuis lapsus fuisset relapsusque.  
Et cur illud quis silentio inuoluat, cum sanctus Pau-  
lus liberè de scipso dicat: *Blasphemus sui & persecutor?*  
Quamuis igitur alias, ut quidam scriptis prodiderint,

Seneca 2.  
de Clem.  
sap. 3.

visus  
Paul  
tan  
fang  
no  
com  
S.Pa  
atiqu  
dejia  
exist  
P  
mer  
tis r  
misi  
tius  
pot  
infor  
han  
rab  
erg  
Prie  
mo  
peic  
exc  
ha  
pec  
ner  
tai  
ter  
pro  
no  
ter  
vo  
mi  
mi  
g i

Visus sit præfulgidis armis munitus, non secus ac S. Paulus, ecclesia Romanam, ipsum Regem, ipsam Galliam tanquam dux & corypheus impugnare, aduersariorum sanguineisque effuso, varia loca adspargere, fumo & puluere loca, per quæ eius exercitus ferebatur completere, tamen a modo viuendi tandem resilijt. Sic S. Paulus de leipo: *Audisti enim conuersationem meam Galat. 1.* aliquando in Iudaismo quia supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam abundantius, emulabor existens paternarum mearum traditionum.

Patris erat tam magni, cui nomen Clemens, ut nomen rei conueniret, Regi tam magno, tam excellenti regni, & ad rem tam grandes nato, beneficium remissionis indulgere Ei, hoc ob bonum commune totius Christianismi, quod promouere poterat, (sic me potius quam quiuis alius in spem erexerat:) Quod infornum, quis casus nobis hoc bonum inuitit, & hanc nobis spem praecidit?

Non possum non vobis etiam clementiam admirabilem Sixti V. Pontificis, ordinis sancti Francisci, erga feminam quandam, prout mihi quidam magni Principis agens quodam die Rome narravit, commorare. Casus talis est. Haec famina rem cum proprio filio habuerat, & filium procrearat. O incestum execrabile! Quoddam igitur die tota christis & mœsta, tota lachrymis perfusa, ob tantum crimen petrumpit ipsum confitam hominum multitudinem cum prole quam secum ferebat, ut fese ad pedes tam magni Pontificis deiijceret, eique publicè confiteretur crimen, veniamque precasetur. Et quia proprius ob condensam multitudinem accedere non poterat, ut ad genua Pontificis se prosterret, & item totam planius & plenius ei exponeret, voce elata exclamauit inter confertam ipsam hominum multitudinem Hyspanicè si satis commenimi in hunc modum: *Padre sandro, aqueste hijo mio, e hijo del hijo mio.* Pater sancte hic filius

meus, filius est filij mei. Quod cum intellexisset ho-  
dus Pontifex, remq; ut se habebat cognovisset, bene-  
ditionem ei est impetratus, eamq; absolvit quan-  
tum ad iudicium pro foro fori, aliamq; ei pænitentiā, quam  
vnū Pater noster & Ave Maria prout recordor, ini-  
xit. Et cū quidā diceret huic sancto Patri pænitentiā  
hanc nō esse tāto criminī condignā, respondit. Quid?  
Nonnē tibi videtur pauperculam hanc fæminam la-  
tis pænæ & confusionis pertulisse, dum tanta cū con-  
tritione, dum publicè, in propatulo & in conspecte  
tantæ multitudinis hominum, qui ad instar paru-  
mundi conuenerant, suum cōfessa est incestum? Haec  
fuit clementia huius Patris Patrum. Quid vultis? Sem-  
per illius veritas elucet, quod, quo quisq; est maior, ma-  
gis est placabilis ira.

*Sophro. in  
prato spī.  
cap. 34.* De sancto etiam Alexandro, Patriarcha Ierosoly-  
mitano legitur, quod admodū benignus fuerit & cle-  
mens. Cum quodam die eius secretarius, bonis suis  
manus attulisset, eaq; compilasset, in fugam se, ne cap-  
peretur, coniecit; & cum in latrones incidisset, & ab  
ijs in remotissima loca abductus esset, ac Patriarcha  
hoc innoquisset, illum 85. minus argenteis redemit.  
Vbi vērō reuersus esset illum rā humaniter tractavit,  
ut illud adagionis vicem subierit: *Nihil utilius quam  
Alexandro maledicare. Verum igitur est, quod quo quis,  
que cū maior, magis est placabilis ira.*

Hoc etiam patescit in vtroq; generis humani sexu.  
Quia in dies singulos experimur, quod vindicta nemō  
magis gaudet, quam femina. Et quod iratus homo fac-  
cilius, quā femina placari possit & tranquillari: ne-  
tumq; furens quid femina possit (ignoscite Dominae, nā  
quod dico, si gradus hic & locus vobis daretur, dicere-  
tis; si tamē ipsā veritatē, vt nobiles decet matronas,  
ingenuē fateri velletis) nihilominus etiā earū pleiq;  
mites sunt & placabiles. Quid? etiam hoc in animali-  
bus ipsis videre est, Leones animalium terrae Reges tā  
sunt generosi, vt ei non noceat, quē coram se profita-  
tum conspicunt. Immò à vero deflexos itinere adre-  
ctam viam reducunt. Et cum crudelitate effervent,

tam

quam in fœminas quam viros desæuiunt, nunquam in  
pueros nisi ingenti fame premantur.

*Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,*      *Ouid. 3.*  
*Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.*      *trist. eleg. 5.*

P. Statius Papinius Thebaidos lib. 8. de Leonelop-  
qucas:

*Si decidat hostis*

*Ire super satis est, vitamq; relinquere victo.*

Plinius lib. 8. cap. 16. Leonit tantum ex feris in supplices  
clementia, prostratisque parcit, &c ubi sauit, in viros potius,  
quam in fœminas fremit, in infantes non nisi magna fame.  
Credit Lybia intellectum peruenire ad eos precū, &c. Ca-  
ptiuam cerè Gerulie reducem audiui, multorū in sylvis im-  
petum à se mitigatum alloquo, ausam dicere, se fœminā  
profugam, infirmam, supplicem animalis omnium genero-  
sissimi, ceterisq; imperantis, indignam eius gloria p̄dām.

Quintil. in declamat. quadam de Leone intelli-  
gendas cum ait. Age, si perficeret cadauer calcasset: fera me  
Hercule generosiores, tacentes transeunt.

E diuerso magis ignavi sunt crudeliores.

Iuuenal. sat. 13. *Quippe minuti*

*Semper, & infirmi est animi exiguq; voluptas,*  
*Vtio.*

Quo bestiæ sunt ignobiliores, eo sunt minus bel-  
licoæ, corde abiectiores & angustiores: vt sunt lupi,  
vrsi, tigrides &c. & minus mansuetæ, moriendum  
si quis in earum mortus aut vncos pedes incidat. Imò  
demortuum cadauer in varias diripiunt & dilaniant  
ingenti cum ferocitate partes. Grandes Anglicani  
molossi, testantibus Aristotele, & D. Chrysostomo,  
dicuntur non amplius latrare aut mordere cum co-  
ram ijs quis sedet, & facilius adulacione, blanditio-  
ne & delinitione mitaguntur, quam caniculi barba-  
tuli & simuli: nam quamuis vix carnis vncia con-  
stant, & vita infirma sint, hominem tamen persecui,  
& latrare, modo quodam irreconciliabili non ces-  
sant. Et si contineantur à suis dominis mutire cape-  
rata fronte non desinunt, cum periculo necorum  
mortibus pungantur qui illos coercent. Magni è

T 5

diuer-

*Chry. ho.*  
*16 ad Eph.*

diuerso Anglii illi canes transeunt, & pertransfus-  
tes nullo latratu excipiunt, ad parvulum istorum  
canum latratum vel deibus stridere non dignantur,  
cum contra patui nullam ferè ob causam grundis  
non cessent. D Chrys hom 16 ad Ephes Canes hoc in-  
ter se facere diuuntur, ut quando in aliquem latrando im-  
perint, is vero se in terram proiecerit nibiq; contra fecerit,  
mox omnem iram hoc pacto extinguant.

Et ut de magnis loquamur, & ostendamus quod  
secundum Aristotelem ira quietat, dum non moue-  
tur homines, nec eos mordeant, qui in terra prostra-  
ti iacent, vobis memorabilem proferam historiam,  
qua in Indijs contigit nouarum regionum adiuuen-  
toribus Hispanis. Diego Salazar, celeberrimus, quod  
inter primos insulam Sancti Ioannis detexisset,  
magnum habebat molossum, ferocem, fortissimum  
matum in Indiorum, quos vocant Bizerillo. Noste  
illum diem sequente, quo Hispani Cacique Malo-  
domaca, prælio vicerant & fregerant, Salazar con-  
stituit canem suum laxatum in antiquam quandam  
Indicam mulierem, quam captiuam tenebat, emis-  
tere. Et ut hoc ficeret commodius, litteras eidem  
antiquæ tradit ad quandam gubernatorem, qui inde  
vno miliari distabat, perforandas, sed ea intentionis,  
ut simulatque nonnihil longius progressa esset, et  
nem suum in eam impelleter. Paupercula dum leva  
se dat itineri, perhas siquidem litteras sperabat  
liberandam, Salazar statim canem suum in eam  
transmittit, qui eundem subito assecutus est. Hac  
molossum hunc accurrentem ad te cernens, furio-  
sum ut Cerberum, os habentem apertum, quid face-  
ret? Sedit in terra, & cum sic sua lingua est allocuta:  
*Domine canis, Domine canis, has ferol litteras (ostendens  
litteras obliquatas) ad Gubernatorem. Deinde subran-  
xit: Domine canis ne mihi quid mali inferas. Tunc  
molossum ille Bizerillo, minus canis quam dominus  
suum Salazar, humilibus & abiectis hunc vetula cap-  
tuæ & militare, precibus motus, sicutus constituit, & nil  
ipsa mali ab eo accepit, nisi quod pede sublatum*

Otied.li.  
16.5.11.

cam, v  
Vnde  
& imm  
habue  
canis  
saluat  
tum q  
homini  
NI  
qui L  
bant e  
so cor  
bent  
Sic  
De  
Ouid  
At  
Q  
firmi  
vt po  
quide  
dem  
diam  
tur, a  
& del  
Si  
yt an  
omni  
rosa  
passi  
infer  
igno  
fecer  
statia  
tudin  
Regi  
illust  
Si

## CONCIO DECIMA.

199

eam, ut in parietem, affluentem vrinam effuderit.  
Vnde H:spani, qui huius canis naturam ferocem  
& immanem notam habebant, hoc miraculi loco  
habuere; nec huic vetulae vitam eripere ausi sunt, cui  
canis vitam sartam testam reliquisset, bisque eius  
saluator fuisset: tum quia eius vitam conseruarat,  
tum quia suo exemplo effecerat ut conseruaretur ab  
hominiibus.

Nihil hic dico de canibus illius diuitis epulonis,  
qui Lazarum iacentem in porta accedentes lingebant  
eius vulnera. Sic igitur bestiae generoso & excelso  
corde ignobiles verò & abiecte planè se modo ha-  
bent contrario:

*Sic iuuat ex animis proiectaq; preda, caneq;  
Degenereq; lupos, magnos alit ira leones.*

Ouid. ubi supr.

*At lupus, & turpes instant morientibus urfi,*

*Et quacunq; minor nobilitate fera est.*

Quemadmodum signum corporis admodum infirmi & debilis est, quando se tangi non potest pati,  
ut podagra laborantibus contingit, qui ne lectum  
quidem suum quenquam permittunt accedere. Eodem  
modo qui ita compositus est, ut statim in iracu-  
diam præceps feratur, & ad minimum veibum irritetur,  
argumento esse um cuorice admodum infirma,  
& delicata esse, ac animo prorsus abiecto & pusillo..

Si igitur eo omnes nostros inflectimus conatus,  
ut animi nostri magnitudinem, & cordis generositatem  
omnibus manifestemus, hæc animalia regia & gene-  
rosa nobis ob oculos proponamus, ostendamus nos  
passionibus superiores esse, perferamus que nobis  
inferuntur animo excuso mala, nobis mala facientib;  
ignoscamus & remittamus animo generoso. Hoc si  
fecerimus nō nobis virtus dabitur, non ab animi præ-  
statia desciuisse iudicabimur, sicut nec animi magni-  
tudinem dicūtur inflexisse summi illi Imperatores &  
Reges, aut etiam animalia ista regia, si exemplis tam  
illustribus suam mundo clementiam prodiderint.

*Si nobilitatem nostrâ volumus vincendo ostendare,  
ille*

âlle mea quidem sententia, verè nobilis est, & longè nobilior ex parte animæ, qui viæ motus & impetus rationis imperio potest comprimere; quam sit is qui viribus corporeis vult aduersarium suum superare, vel opprimere. Nam verè nobilis est qui virtut & excellit ratione, imo Angelis, Deo etiam ipsi simili; at qui viribus corporeis præstat, brutis potius ipsi assimilatur, vt Leonibus, Elephantis &c.

Quin & hominum imperitorum iudicio præstans longè est hominum nobilitatem possidere, qz est ipsa virtus (a qua nobiles appellamini) quam brutorum animantium nobilitatem habete, quæ aliud nihil est, quam corporea fortitudo & corporis lana dispositio. Ecquis velit potius nobilis bestia, quam homo nobilis nominari? Si eum qui ad misericordiam pronus est & clementiam, proximus est Deo, testantur sapientes, Demost. oratione ad Alexander. Magnū: Nec per aliud accedere ad Deos proprii potes, ita Alexander, quam ut salutem conferas hominibus, vel dabo, si eguerint: vel parcendo si deliquerint: vel indulgeo, si supplicauerint. Cum enim vincamur à Diis, munere, vel virtute, sola clementia est, quæ nobis reddit egales.

Claud. Eutrop. 2. Cum vincamur in omni Munere, sola Deos aquat clementia nobis.

Seneca lib. I. de clementia cap. 20. Magni animi iniurias in summa potentia pati, nec quicquam est gloriosus Princeps impunè laeso.

Cicer. orat. pro M. Marcello, Animum vincere, & vacundiam cohibere, victoriam temperare, aduersari nobilitare, ingenio virtute præstantem non modo excellere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam diuinitatem, hæc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed Jam illimum eam Deo iudico.

Verè parcendo hominibus si deliquerint, ac indulgeo, misericordiamque inimicis præstando sanguinem nostrum generosum potius quam vilescentia mundo reddimus perspicuum. E contrario si hominorum est animantium & quidem eorum quæ minores

generositas habent, ut iam docuimus, se vindicare, & inimicum prostertere; sanè non possumus non degenerare de gradu nostræ dignitatis & nobilitatis decidere, obbrutescere, nosq; exinanire, cū ad instar brutorū aduersarios nostros contrudicere volumus: homo cum in honore esset non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vitiū comedentis fœnum. Qui contemnunt me erunt ignobiles. 1. Reg. 2.

Adhac cum præclarior sit nobilitas quempiam bonum esse Christianum, quam solum nobilem esse secundum mundi iudicium, qui tamen nobilis pro honore censet vindictam esse sumendam, & cum qui vltor est iniuriaz, verè nobilem existimat: Sanè delinquenti parcere, quod est sinceri Christiani officium, ipsam nobilitatem expressius representat, quā se vindicem exhibere. Quod si quis pro vero nobili haberi nō potest, nec suā tutari sine impropagatione nobilitatem, nisi ad omnem iniuriam & contumeliam gladium corripiat, quod prohibet Christianus faciat, procul absit talis nobilitas. Quæ hæc nobilitas si à Christianismo desciscere & ad paganismum redire debeas? Dicite quælo Domini mei, nunc quid melius est hominem Christianum esse sine hac mudi nobilitate; quam ita nobilem esse & non Christianum?

Denique qui ita inimicum persequitur, ut velit penitus eum de medio tollere & exterminare, profiteretur & confitetur si non apertè, se timore corripi, nec satis proprijs viisibus confidere; præsertim cum id sæpius fiat, ut se suumq; statum quis securiorem reddat. Rursus is profiteretur se non adhuc verè nobilem esse, sed velle suis armis & fortitudine fieri, & hoc cum priuata auctoritate gladium stringit & particulare certamen suscipit. Id siquidem semper fit vel zelo & studio vindictæ; vel securitatis futuræ amore. Hac de re Senecam magnū illum Philosophū disputantem audiamus: *Vt si duas res prestare solet: aut sola de clem. etiam adfert ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum secunda cap. 21. vita-*

*Senec. li. vi  
de clem.  
cap. 21.*

ritatem. Principis maior est fortuna, quam ut tali solatii  
egat, manifestiorq; vis, quam ut alieno malo opinione  
sibi virium querat.

**Ouid. 4.**  
**fast.**

Posse nocere, sat est.

Si decidat hostis,  
Ir&superfatis est.

Terent in Adelphis A. 2. scen. 1. Accipienda  
missitanda iniuria adolescentium est.

Sunt quadam responsione, & vltione indigna.

Immò etiam si quis de nimia expostularet elem-  
tia: melius est nimium condonando offendere, qui  
nimium puniendo & castigando: nam minus no-  
mēti adfert, & si nōcumentum fuerit, reparabile est.  
Possunt siquidem nouæ superadī pœnæ si sufficiens  
defuerint: At nihil auferri potest, vbi in animadver-  
sione fuerit excessus, præsertim si de vita aut honor  
agatur. Deinde multò melius est laudari à nimia hu-  
manitate, nempe quod nimis fuerit quis humanus  
(conueniens hominū est, hominē seruare voluptas) quā à cu-  
delitate, brutus nominari. Laudabilius est dici mo-  
mericordiæ indulgentior; quā attr̄ bilis vicio fer-  
cior. Passio misericordiæ, præstat passioni iræ & cho-  
leræ, nec vnius hominē cū citō pœnitet quā alterius.

Horat lib 1. epp ep. 2. Qui non moderabitur ira,  
Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens  
Dum pœnas odio per vim festinat in vlo.

Et citius prudens appellabitur, qui cum nocet  
potuerit, & non nocuit, quam qui nocuit: Bias apud  
Aulonium: Quod prudens opus? cū possit, nolle nocet.

Vltori dicerit quod ira permotus faciat & dicat  
quod stulti faciunt & dicunt, indigna homine nobili  
exprobratio; ita dum vnam vult maculam elicere, al-  
tera se turpiori defædat: Dicisq; facisq; quod ipse

Non sani est hominis, non sanus iuret O restes.

Et quamvis hæc non ita se haberent, ad motus ta-  
men misericordiæ concitamur, quod ea virtus homi-  
nibus sit conuenientior, ciuilior quam sint cæteræ:

**Persius**

**Saty. 3.**

Terent, in homo sum, humani à menib[us] alienum puto.

**Beaut.** Natura etiam nos ad eam inuitat, per modum que

in creatione seruauit, qui talis est, ut satis ostenderit  
se non intendere creare hominem inexorabilem, bel-  
licosum, agrestem: sed potius creaturam rationalem,  
pacificam, amabilem, dulcem, benignam, manuictam,  
& societatis studiosam:

*Homo pacis ad otia natus*

*Candida pax homines, trux decet ira feras:*

Nec eū nos ex ferro, aut chalybe vel ære formauit:  
nec ex ebore, aut marmore dionati sculpsit: aut ex  
quercu dura, vel alia si sit durior, arbore excidit: sed  
suauiter nos effinxit, non secus ac vas figulus, è limo  
terra: Vt hinc instruamur nos nō debere esse inflexi-  
biles sicut est chalybs, aut implicabiles ut est mar-  
mor, sed tractabiles, ut est limus terra, ex quo nos Deus  
architectus est. Discimus etiam animam nostram  
benignam esse debere, ut forma sit materia proportionata,  
anima dulcis sit ut corpus.

Rursus, natura voluit nudi nasceremur, impotentes  
& inermes, ut hinc erudiremur, nos ab ea producotos  
esse propter pacem, amicitiam & benevolentiam; nō  
propter bellum, lites, contentiones & duella, aut ut  
alij simus damno & nocturno.

Inter animalia videmus, quod quædā armata crea-  
rit, quædā leuiori armatura, quædā grauiori & quasi  
cataphracta. Quædā cornibus roborauit, vt tauros,  
ceruos, vnicornes, arietes: Alia vnguisbus armauit, vt  
leones, gryphos, miluos, feles; Quædam dentibus, vt  
apros, elephantos, qui præter pelle & magnitudinem  
promiscide valent; quædā crustis & squamis, quibus  
tanquam lorica obteguntur, vt crocodilos.

Et quod magis est, habet animalia figuram beluina  
& crudelē, oculos immanes, vocē durā & horribilē,  
mugitus & rugitus ac plura alia suæ ferocitatis signa  
& indicia. Sol⁹ vero homo ad similitudinē vermicoli  
nudus productus est, imbellis, imbecillis, inermis, de-  
licatus, pelle tenella, & multitudo penetrabiliori cō-  
stans, nec membra habens, quibus bellum alijs,  
aut vim inferat, aut vim vi repellat. Nec enim ca-  
pere ferire potest, ut aries aut taurus; nec mani-  
bus cedere, ut leo aut felis vnguis; nec pedibus

calcitrare vt equus , nisi plus pœnæ & doloris suffi-  
neat, quā cui hæc intulerit. Animalia verò alia alij  
nocere possunt, nunc cornibus vt vnicornes & tauri  
nunc vnguisbus, vt feles, leones & gryphi: nunc spinis  
vt herinacei & alij pisces nonnulli: nunc veneno, vt  
scorpiones sine ipsis offensione vlla. Solus homo  
nocere non potest, vel si noceat, nocet vt apis, quz  
dum suum infigit aculeum non vitam nobis eripit,

D.Greg. apis aculeo similis, qui ita pungit, vt mortem non afferat:  
Naz.orat. sed sibi ipsis nocet & morrem adserit. ad vnum iecum.  
28.de fu- culeo infixo, quidam apes statim emori putant. inquit Plinius.) animamque in vulnere ponit: Non potest siquidem homo damnum adferre alij ijs armis, nisi se ipsum laedat, quz à matre habet.

Plin lib. 31.6.21.

Non potest sine spiritu perturbatione iram in solum colligere, & contrahere. Nec potest iniuriarum sibi factarum reminisci absque animi sui dolore, ac emotione. Eam ob causam utilis ei esset amnesia Atheniensis, & obliuionis ars, quam exoptabat Themistocles, ei esset sèpè conducibilior quam memoria ars, si tamen Simonides inuenirentur aut frater Hieronymi Calabri ordinis S. Francisci, qui nō minus artem obliuionis, quam memoria tradenter.

Deinde homo noster figura donatus est, non crudeli aut horrifica, vt cætera animalia, sed amica, dulci, bella, pacifica, præferens vera benevolentia & amicitiae notas & insignia. Deus bone quam sunt eius oculi attractiui, quam aspectus amabilis? Vulnera cor meum in uno oculorum tuorum dicit quidam Quam vox eius dulcis, gratiofa, quam blanda? nec Lyra Arianonis sonus suauissimus, nec philomenæ cantusci possunt æquiparari. Solus sermonem habet, quo amicitiae conciliantur & conseruantur, inter homines, ac lites componuntur. Socialis est homo, hominum consuetudine & familiaritate oblectatur: non est bonum homini esse solum. Hoc ei à natura institutum est, vt gaudeat cum alijs benefacere potest, & trister sit naturaliter cum male fecerit Solus risibilis est, vt sit signum lætitiae & exultationis: flebilis etiam est,

que

Cant. 4.

quo eius pietas, clementia & misericordia exprimantur.

Omnis homo, vir æquè ac fœmina in egressu è materno vtero, & in hunc mundum ingressu, prorūpit in lachrymas: primam vocem similem omnibus emisi ploras ait Salomon. Mares voce elatiore incipiendo per A, quasi propter culpam parentis sui Adæ: fœminæ voce demissiore per E, quasi propter transgressionem matris suæ Euæ, ut quodam in loco adnotat Lyranus. Et ut paucis agam, homo in se omnia amicitia, ac benevolentia signa præfert, nulla quibus ad malefacientium aut nocendum natus esse videatur. Quorsum hæc omnia? Ut per hanc suam nuditatē, imbecillitatē, lenitatē, & mansuetudinē figuræ suæ impressam, intelligat se à natura, seu potius naturę auctore Deo non alium ob finem creatum, quam ut pacem & amicitiam colat, cum omnibus pacificè, & tranquillè vivat, facilisq; ad remittendum & condonandum existat.

Deus quoq; illum libertate arbitrij & ratione adiuxit, ut vi & violentia nihil, sed consilio, & ipsius diamine rationis, efficiat. Et si quæ litium aut turbaram inter homines sibi similes tempestas oriatur, illæ amicè & pacificè compescat. Hoc intendebat natura quando sic illum effigiauit, non eum querulosum, non inexorabilem esse volebat. Si igitur bellum, duelli, crudelitatis amans fuerit & sitiens, & si nulla erga proximum concitetur misericordia, contra naturam suam & conditionem operatur, quæ vim omnem & violentiam abhorret oppressionem.

Mors in ventre materno eos opprimere debuisse, qui primi hominī pauperi arma offensiua conflagrunt & fabricati sunt, gladios, pugiones, frameas, hastas, lanceas, corsica, hastilia, halebredas, bipennes, iacula, sagittas, arcubalistas, arcumanuales fundas, tormenta bellica, perardas, bombardas, tormenta manuaria pilæ, tormentaria, pulueres tormentarios (etiamsi horum inuentor fuerit Religiosus, ut fert hominū opinio, & ut in libro quodā pleno bellicorū instrumentorū vidi depictum; si tamen mala fecerit intentione, nam

casu factum est, ut liber ille denarrat, cum enīq; mi-  
dicinali esset cōpositioni intentus, cui inerat mace-  
nū sulphurea, eaq; cōpositio igni esset vicina, ignem cō-  
cepit) & omnia alia instrumenta & arma bellicā  
instar tonitruorum & fulgurum ad conterendos, vul-  
nerandos, mutilandos, occidendos, dilaniandos ho-  
mines, & eos ab illa mansuetudine ad quam nos fa-  
xerat & formarat natura auocandos. Hec inquit  
omnia armorum genera cum suis inuentoribus  
buissent in principio perire.

*Planè digni omnes arte perire sīx.*

ijs quippe ad scribenda sunt, quibus se homines  
festant, & exigitant mala, quæ tā atrocia sunt & po-  
tentiosa: vt illum verissimum comprobetur *Homo hō-  
mini lupus.* Nihil est q; ab alijs creaturis patitur homo  
si ad ea quæ ab ipso homine solo perfert, illud refutat  
cū tamē homo homini vt Deus esse deberet *homo hō-  
mini Deus,* & tāquam creator eiusdem & conservator.

Ei q; maius est, ut hæc crudelitas magis desævit, &  
omnis mātuerudo ab humano corde auerteretur, p-  
susq; exulareret istud: *Misericordia motus est excogitata*  
*hominū levitatis tympana, fistulas, tubas, clamoris, &*  
*bellicas ostērations, quib; obbruteleimus, & leoni-*  
*na quadā ferocitate agitati intrepidē mortis disci-  
plini vitam nostrā objeimus.* Mortis dico tam acti-  
ua, quam passiuæ; tam inferendæ, quam perforende,  
seclusa omni misericordia. Si e industrius est homo &  
istud a boleatur: *Misericordia motus est.* Vt motus mis-  
ericordia evellantur, & generis humani inimicizia  
nū interferatur, scilicet ita motus, quibus homines se  
inuicem impellant, & pro rebus levissimis & abieclis-  
simis persæpē se quasi dilaniēt. O quam sumus deplo-  
randi! quod pulchram hanc naturę de clementia ob-  
seruanda lectionem farda aure sic prætereamus.

*Quis furor ò ciues, steleratam accersere mortem?*

Sed nōne ipsa corpora nostra omnem nos docent  
clementia & misericordiam? Ecquod membrum est  
in toto corpore, q; alteti eiusdē corporis membro nō  
cōpatiatur & in necessitate succurrat? Si yna manū  
fit

Et scabie sedata, nonne protinus, ut remediū afferat,  
se applicat altera manus manum fricat. Si ambulando  
lædatur pes, os flatum clamat & cōqueritur: & manū  
ut ad ignē accensū remediū adhibitura accurrit, ubi  
dolor ibi manus. Si pars corporis ad effusione sanguinis  
lædatur, nō ox tortus sanguis cōcurrat, nō secus ac ex-  
erctus torus prouinciae solet truitati pericitati suc-  
currere. Si cor tremore cōmotur aut ira, si verecūdia  
in fratre est, omnī extremitati corporis sanguinis, tanque  
milites praesidiarij ac finitimi regni alicuius ad so-  
nitū cōpuncti, opere laturum parti corporis cōmotae pre-  
sto est, ut verissimū sit. quod ad Corinthi scribit B. Paulus  
Si quid patitur vnu mēbrum, compatitūt omnia mēbra.

Immōd̄ se piusculē nō expectant ratiōnē per donec pa-  
riantur, sed ut seruēnt alia exponunt le periculō, & ne  
lædatur præueniūt manus pro oculis, ne excæctetur;  
digiti pro lingua, ne iuscule per quam calidō adu-  
ratut; pes pro pede, ne in glacie debili ad fundū lutis;  
vel aqua precēps cū rōto corpore contemnat, collabo-  
rat strenue. Quid? Si vnu mēbrum alterū graniter saū-  
ciet, quod saper dūtingit, laetiaū non cōqueritur, sed  
moderatē fert ne concertādo, & se inuicē offendēdo  
& vulnerando tandem tota corporis machina dissolu-  
tur & ruigā patiatur. Videlicet vnglabia aut lingua  
de dētibus expostulantē si labindē comedēdo mors  
experiatur ipsorum? Aut audistisne aliquando quod  
pes de manu vindictā sumere voluerit, si faber ligna-  
tius parum cautus, lignum exscindendo securis iactu  
illum feriat & vulneret? Aut quod oculus contra di-  
gitum egerit, si incantius eius priunam attigerit?

His igitur omnibus natura nos docet euidentissi-  
mē ut clementes simus, misericordes, propensi ad o-  
pem cæteris ferendam, cum simus vnius corporis ge-  
neris humani membra, membra vnius corporis my-  
stici Iesu Christi, aut Ecclesiæ, mēbra ciudem reipu-  
blicæ, membra ciudem monasterij aut collegij. De-  
nique cur Dominus noster Iesus Christus carnem  
suum nobis ad manducandam dedit, sanguinē ad bi-  
pendum, nisi ut saper manducando & bibendo carnē

& sanguinem agni, humorē, & huius agni qui om̄i pertulit, naturalem participemus complexiones cibus e-en in & potus possunt complexiones immittare. Sperabat quod in ipsum mutaremur: non tu me tabis me sed tu mutaberis in me Interim semper vulp.  
bo.60 ad manemus: lupi simus agnum comedentes ait B. Chrysop. Ant. Emendemus hæc quælo, &c.

## CONCIO VNDECIMA.

*Grecia.* Thema, Καὶ ἐσπλαγχνίσθη.

*Vulgata.* Et misericordia motus est.

*Syriaca.* Et misertus est eius.

Factâ repetitione visitata sermonis præcedatis, ita propositum.

Dicemus      I. Quod varijs modis nobis noceat, nisi sumus misericordes  
hodie          II. Quod Deum nobis reddamus aduersarii nisi clementes fuerimus.

QVOD MVLTIS MODIS NOCEAT  
nisi fuerimus misericordes.

**H**esterno die audiuitis (dilectissime anime) que & quanta nos ad clementiam inuitent & alliant, Hodierno die ostendemus, quæ & quæ inhumanitatem ac ferocitatē dissuadeant & condent. Quod multū damni incurramus vlciscendo: q̄ ob vindictam tā in hac vita, quā in alia castigemur quam parum solati ex vindicta sumamus: Quod ob eam sēp̄ honoris ac famæ iacturā, immōd' omnīs bonorū faciamus: Quod gaudio illo, q̄ o aliunde perfundi possemus, nos iplos priuemus. Quod ob zelum vindictæ viçā, & sēper haud dubiè Dei gratiā, vel quā habemus, aut ipsius augmentum consequeremus, ac Dei vitam eternam, amitemus. Odamnum ob voluntatem adeo breuem, inestimabile, verissimum illud:

M. 10